Hilarion Jaroszewicki

Arbor Tulliana Jasinsciano

латиномовна українська література
Медієвіст
medievist.org.ua

Видання здійснене з ініціативи професора Наталії Пилип'юк,
Альбертський університет / The publishing of the book is initiated
by Professor Natalia Pylypiuk, University of Alberta.

Hilarion Jaroszewicki. Arbor Tulliana Jasinsciano
Київ: Медієвіст, 2014.

Arbor Tulliana Jasinsciano – це збірка з текстів двох латиномовних риторик, що мали аналогічну назву і були створені між 1685 та 1704 рр. викладачами та студентами Києво-Могилянської академії під керівництвом Іларіона Ярошевицького. Кожна з праць містить розлогий теоретичний розділ та додатки, в яких наводяться реальні промови (латинською та польською): гетьману Іванові Мазепі, київському митрополиту Варлаамові Ясинському, та твори: «Декламація про страждання Христа», «Декламація, або вибори після здійсненого поховання старого року», «Декламація про святу Катерину», а також вступи до загальної логіки та філософії.

ISBN-13: 978-1500551216
ISBN-10: 150055121X

Транскрипцію тексту здійснив Костянтин Балашов (Медієвіст).

© Пилип'юк Н., Шевченко-Савчинська Л., Балашов К., 2014

ПЕРЕДМОВА

Хотілося б розпочати передмову фразою «Ви тримаєте в руках унікальну працю», втім це не зовсім так. Унікальним є лише факт публікації у XXI ст. латиномовного тексту могилянської риторики, а самих творів такого плану професор Віталій Маслюк у своїй праці «Латиномовні поетики та риторики XVII – першої пол. XVIII ст. та їх роль у розвитку теорії літератури на Україні» нараховував не менше 65.

Пропоноване видання – це комбінація з двох рукописних текстів: Arbor Tulliana Jasinsciano («Туліянсько-Ясинське дерево», 1703 р.) та Tulliana Arbor («Туліянське дерево», 1685 р.). Щодо датування другого тексту, то після перегляду виникають обґрунтовані сумніви, оскільки тут згадуються події 1690-их рр. або й пізніші[1]. І взагалі «Tulliana Arbor» більше нагадує «сигнальний примірник», а то й робочу чернетку: видання не має титульного аркуша (на тлі розкішних титулів Arbor Tulliana чи Cedrus Apollinis), містить низку недописаних фрагментів, та й загалом основна частина обох праць – теорія риторики – є ідентичною. Праця 1685 р. містить частину «Поетика», якої немає у виданні 1703 р., також відрізняються додатки, що містять а) промови на честь реальних осіб – видатних постатей свого часу: гетьмана Івана Мазепи, київського митрополита Варлаама Ясинського; б) твори (або їхні фрагменти): «Декламація про страждання Христа», «Декламація, або вибори після здійсненого поховання старого року», «Декламація про святу Катерину», а також вступи до загальної логіки та філософії.

Наше видання поєднує повний текст Arbor Tulliana та оригінальну частину Tulliana Arbor. Здійснюючи розпізнавання, ми намагалися, за змоги, відтворити особливості форматування та розташування старовинного тексту. В тих місцях, де розібрати написане було неможливо, ми помістили фото відповідних рядків рукопису. Звісно, остаточна редакція розпізнаного латиномовного тексту може бути здійснена лише його перекладачем. Сподіваємося, що охочі перекласти і дослідити ці роботи могилянських професорів знайдуться вже у найближче десятиліття. А поки що робимо свій внесок у важливу справу повернення із забуття української латиномовної спадщини – оприлюднюємо тексти, що давно зачекалися на увагу науковців .

Насамкінець, висловлюємо щиру вдячність професору Університету Альберти Наталії Пилип'юк за люб'язно надану нагоду попрацювати з цим текстом.

Костянтин Балашов, Людмила Шевченко-Савчинська, 2014

---

[1] Наприклад, у додатках міститься текст «Zegarz bijący», який у Могилевській хроніці Т.Р. Сурти й Ю. Трубницького називається так: Zegier, biiący (...) za krola (...) Awgusta Wtorego, roku 1701 woyny szwedzkiey ządaiąc. http://litopys.org.ua/psrl3235/lytov28.htm

Indictum ore alio
Favete linguis Carmina non prius — Horat
Audita Musarum sacerdos
Virginibus puerisq; Canto.
Inscriptio supra vestibulum domus parietis

3MICT

Arbor Tulliana Iasinsciano

DEDICATIO SS. IMMACULATÆ VIRGINI DEI ET MATRI **12**
PROŒMIUM **13**
PARS [PRI]MA TULLIANÆ ARBORIS **15**
Fructus [Pri]mus De Figuris Novis. Neo Rhetoris Ad Admirationem De Figurâ Cognitionis **17**
Brevi Hac In Urna Condiun[Tur] Cineres Magni Alexandri 31
Fructus [Secun]d[us] De Symbolis **35**
A 35
B 46
C 47
D 57
E 57
F 58
G 60
H 63
I 64
L 64
M 68
N 70
O 72
P 72
Q 74
R 75
S 75
T 75
V 76
Fructus 3tius De Symbolis Dictis Romanorum Imperatoru[m] **77**
PARS [SECUN]DA TULLIANÆ ARBORIS **83**
Fructus [Pri]mus Ad Com[m]unia Et Particularia Artificia NeoRhetoris Vires Firmabit **85**

Fructus [Secun]dus De Inventione Dispositione Elocutione Orationis In Genere . . . 87
Suavitas [Pri]ma Inventio Materiæ . . . 87
Suavitas [Secun]da De Inventione Quæstionis . . . 88
Suavitas [Ter]tia De Inventione Status . . . 88
Suavitas [Quar]ta De Inventione Propositionis seu Causa[e] . . . 88
Suavitas 5ta De Inventione Argumentoru[m] seu Fidei . . . 89
Suavitas 6ta De Locis Intrinsecis . . . 89
Suavitas 7ma De Locis Extrinsecis . . . 97
Fructus 3ti[us] De Dispositione Orationis in Genere . . . 98
Suavitas 1ma De Dispositione Dialectica . . . 98
Suavitas 2da De Dispositione Rhetorica . . . 99
Suavitas 3tia De Oratoriâ Propositionis Elocutione . . . 102
Suavitas 4ta De Narratione . . . 103
Suavitas 5ta De Confirmatione Peroratione et Confutatione . . . 103
Suavitas 6ta De Transitionib[us] ab Unâ Parte ad Aliam Orationis . . . 103
Suavitas 7ma Transitiones Panegyrica[e] . . . 106
Fruct[us] 4tus De Elocutione O[ratio]nis in Communi . . . 108
Suavitas 1ma Quid Sit Elocutio et Inquo Consistat . . . 108
Suavitas 2da De Numero Oratorio . . . 108
Suavitas 3tia . . . 109
Suavitas 4ta De Argumentia seu Acumine Elocutionis . . . 110
Fruct[us] 5tus De Inventione, Dispositione, Elocutione, Orationis in Particulari . . . 113
Suavitas 1ma De Rhetoricis Subtilib[us] Artificijs . . . 113
Suavitas 2da De Oratione Salutatoria in Particulari . . . 116
Suavitas 3tia De Oratione Gratulatoria Natalis Annuatim Recurrentis . . . 117
Suavitas 4ta . . . 118
Suavitas 5ta De Oratione Petitoria . . . 119
Suavitas 6ta De Oratione Eucharistica, seu Gratiarum Actoria . . . 120
Suavitas 7ma De Oratione Genethliaca . . . 121
Suavitas 8va De Oratione Lustrica seu Nominis Infanti Impositi, Gratulatio . . . 123
Suavitas 9na De Oratione Ante Nuptiali Seu Sponsalitia . . . 123
Suavitas 10 De Oratione Nuptiali . . . 125
Suavitas 11ma De Oratione Epithalamica {A. 132a} . . . 125
Suavitas 12ma De Oratione Oblatoria Munerum . . . 127
Suavitas 13tia De Oratione Funebri . . . 129
Suavitas 14ta De Epitaphijs . . . 132
Suavitas Ultima De Oratione Dedicatoria . . . 133
Fructus 6tus de Inventione, Dispositione Elocutione Ora[ti]onis in Genere Deliberativo . . . 134
Suavitas 1ma De Legatione . . . 134
Suavitas 2da De Voto Seu Sententia In Comitijs Danda . . . 134
Corollariu[m] . . . 136

PARS III TULLIANAE ARBORIS **139**
Fructus 1mus **141**
Suavitas 1ma De Sententijs Senecianis Philosophi 141
Fructus 2d[us] De Praxibus **147**
Suavitas 1ma In Qua Com[m]unes Salutandi Proponuntur Praxes 151
Suavitas 2da Continens Praxes Gratulatorias Nominis 152
Suavitas 3tia Continens Praxes Gratulatorias Natalis [Chris]ti {A. 161a}. 157
Suavitas 4ta Continens Praxes Gratulatorias Resurectionis Christi. 161
Suavitas 5ta Continens Praxes Gratulatorias Dignit[a]tu[m] 164
Suavitas 6ta Continens Praxes Petitorias 166
Suavitas 7ma Continens Praxes Genethliacas seu Gratulatoriss Natæ Prolis . . 166
Suavitas 8va Continens Praxes Antenuptiales Seu Petitorias Sponsa[e] 167
Suavitas 9na Continens Praxes Ipsas Nuptiales Petitorias
et Redditorias Sponsa[e] 168
Suavitas 10 Continens Praxes Redditorias Muneru[m] 171
Suavitas 11ma Continens Praxes Redditorias Serti 172
Suavitas 12da. Continens Praxes Funebrales 173
Suavitas 13tia Continens Praxes Religio Saru[m] Nuptiaru[m] 177
Suavitas 14 ta De Elogijs et Epitaphijs 178
Corollarium seu Fructus Ultimus Tullianæ Arboris
De Oratore Ecclesiastico **183**
Suavitas 1ma Quot Sunt Modi Concionandi 183
Suavitas 2da De Homilia 184
Suavitas 3tia De Concione per Propationem assignatam et certam facta 185
Suavitas 4ta De Modo Tractanda[e] Confirmationis Per Allegoriam
Insupradicta [Con]cione 187
Suavitas 5ta De Concionib[us] P[er] Discursum. 189
Fructus 1m[us] De Affectibus. **191**
Suavitas 1ma De Affectib[us] Per Descriptione[m] 191
Suavitas 2da De Affectib[us] [Per] Alia Artificia {A. 207 – ф. 0423} 197
Fructus Ultim[us] **201**
Suavitas Ultima De Eodem Regno Polono 205
Compendium Variarum Gratulationum. 235
Oratio De Passione Christi 241
Pra[e]fatio In L[o]g[i]ca[m] Ad Menstruas Disputa[ti]ones 243
Oratio Pro Renovatione Studioru[m] 244
Declamatio De Passione Christi Domini Per Prothasim Et Apodosim. 250
Sitis Christi Felle et Aceto Potata. 253
Conceptus De An[n]utiatione B. Virginis. 260
Conceptus De S. Catharina 263
Pra[e]facio Ad Universa In L[o]g[i]cam 265
EXPLICATIONES EX SOARIO. **270**
Liber 1mus 270
Liber 2dus Soarij 277
Liber 3tius De Elocutione 281

Modi Seu Fontes Fomandæ Allegoria[e] 292
Amplificationia Variae. 295
Pra[e]facio in Universam Philosophiam 301
Declamatio Seu Post Peractum Veteris Anni Funus Electio Cum Feliciori,
Purpurascentis Dei Hominis, Regisq[ue] Regum: Augurio Novi Anni 303

Tulliana Arbor (фрагменти рукопису 1685 р.)

Proæmium Ad Candidatos Appollineos Kijovienses 323
Rivus 1mus Epistolarum Continue[m?]Scaturie[n]s 325
Prolusio 1ma De Epistolis Co[n]spicue[m?] Scribendis 325
Rivus 2dus Periodor[um] Vehementia Exundans 355
Prolusio 2da {A. 34 – ф. 0069} De Etymo, De fini[ti]one, Et De Partib[us] Periodi .355
De Divisione Periodi Sancitum 2dum 357
Sancitu[m] 3tium 362
Sancitum 4tum 366
Sancitu[m] 5tum. 374
Rivus 3tius Carminum Epigrammatum Poematum Elegiarum
Ac Odarum Suanit[a]te Saliens. 379
Prolusio 3tia De Arte Poetica 379
Prolusio 4ta De Traga[e]dia, et Coma[e]dia 388
Prolusio 5ta De Elegia De Elegia 391
Prolusio 6ta 419
Rivus Ultimus Chriar[um] Ambrosia Stillatus 450
Prolusio ultima De Nomine De Definitione Ac De Multiplicatione Chriæ. 450
[Declamatio De Sancta Catharina]. 468
Inductio 1ma. 468
Introductio 2da 475
Inductio 3tia. 482
Inductio 4ta 488
Inductio 5ta 490
Inductio 6ta 493
Inductio 7ma. 494
Orationes Variae 497
1ma Gratulatoria Festi S. Barlaami 497
2da In Eadem Materia. 497
3tia. In Eadem Materia Festi S. Ioannicij 497
4ta. In Eadem Materia. Polonica.. 498
5ta 498
6ta 499
7tima 499
Conceptus Cur Angelus Adorando B. Virginem Dixit Ave 500
Zegarz Bijący 504
Occasiones Variae 511

Qui capit uxore[m] defuncta uxore secunda[m]
Naufragus in tumido bis natat ille freto
[Thoma Morus]

ARBOR THEIANA

IASINSCIANO de CÆLO

illustrissimis gratiarum Syderibus.

COLLYSTRATA & INUNDATA

ad gemmeas Borysthenis undas

AMPLIATA

mystico Iordanis ꝓss. Triadem fluvio tunc

SACRATA

dum lignum æternæ vitæ Crux Virgi-

neum in tempore Fructum semper

boni nunquam mali cõtulit Christum

Anno 1703. Septembri 21.

ARBOR TULLIANA
IASINSCIANO de CÆLO

illustrissimis gratiarum syderibus
COLLVSTRATA & INUNDATA
ad gemmeas Borysthenis undas
AMPLIATA
Mystico Iordanis p[er] S[anctum]
Triadem fluvio tunc
SACRATA
dum lignum æternæ vitæ Crux
Virgineum in tempore Fructum
semper boni nunqua[m] mali
co[n]tulit Christum
Anno 1703 Septembri 21

DEDICATIO SS. IMMACULATÆ VIRGINI DEI et MATRI

Quæ Te Matrem e[t] Reginam Orphani Collegij Rossiaci (nam ultro per Borysthenem Domina visitasti ac occupasti idem) dici voluisti nec ei[us] indignos Filios aspernaberis supra Virgines Virgo supra naturam Mater admiranda. Tuos ille Fili[us] poscit pedes, a quib[us] et auctori et sibi progressum sperat celerem satis si intui honorem provirib[us] repentem. Primum nato Labore infans est perdies et Tuas gratias Infans Virgo olim matur[us] crescet, ut in alioru[m] commoda eat, habebit a Te, quæ ipsum DEUM [Chris]tum passus Formare docuisti. Eruditam ætatem per negotia et annos doctiorem simul complectitur, ut Te sapientiæ Matrem et Dominam teneat, quæ in ipsis vitæ tuæ exordijs, tot sæculorum Vixeras miracula liberæ itaq[ue] gentis Nomen, ut desinat esse mancipiu[m] Tuo devinctum est Conceptui, ubi null[us] Fili[us] [præ]ter Tuu[m] Liber est. Hæc Eloquentia Verbi Matrem quia soluta Fascijs arctandum infantem postulat.

Laborem {A. 2a} Vero quæ tam amplitudo quam Patronæ honor summum postulat Tuo præsidio, Tuâ Opitulatrici gratiâ, Tuis Maternis Manib[us] sufferes cum omnib[us]. Qua[e] supra Omnes tulisti DEU[M]. Hic certo hic modernis Peccaminosis temporib[us] præclaram satis nostræ salutis exponens metam, dum Crucis Lignum Nos Mortales famelicos æterno nam semet ipso et Tuo fructu Virgo refocillavit.

Hoc a Tuis Auspicijs expectamus
Hoc nostra[e] fidim[us] Constantia[e]
Inconstantes Filij. Hoc spe-
ram[us], Tua Mancipia
Rhetores Kiiovo
Mohylæani.
{A. 3}[1]

[1] Тут і далі у фігурних дужках позначатимуться номери аркушів (А) та (за потреби) номери файлів, з яких провадилося зчитування.

PROŒMIUM

Plurimorum Qua[e]rela est de cluso profectu iuste Contentiosa de improfect[us] causâ plus quam iniuria taciturna. Exactis etenim aliquot annorum in: Rhetorica Laborib[us], dum cum urgentib[us] sese a[n]nis ætatem et conquisitam Eruditionem transferim[us] ad aulas Ducum, Militiam et sexcenta negotia prope rudes prodim[us], qua[e] vero sequuturis occasionib[us] adiumento futura erant studia, non iniqui pudoris causa sunt. Erubescim[us] scilicet Literas unde nequisq[ue] erubescat consilium est, adeo ut dolori esse incipiat tamdiu mæruisse scientiam Apparem[us] ubiq[ue] ut vocant scholastici nullibi eruditi. Cui[us] ad diversos non eadem causa est, nam multi validi ingenio, studio pertinaces, post quam in scholis honorifice Laborassent, post quam et Eruditionem et artem fideliter [prae]ceptis, ac exercitio tenuissent, et demum q[uo]dq[uo]d vel in arte perplexi, vel in occasionib[us] subitanei vel insperatis provisi, verbo Omnia {A. 3a} haberent, se ipsis tamen caruerunt.

Eruditione insignes deiecti animo. Unde quid quid per industriam compararunt Timidi per maximam sui diffidentiam amiserunt illi quidem et ab ingenio et a doctrinâ satis nobiles, sed veluti quædam animantia plerumq[ue] generosa vires ignorant et se aliquid posse diffidunt. Hi veluti in novum venissent orbem subveri cuncta singula nimis observare et sese nihil scire quod necdum in omnia faciles singula probaverint, condemnant, aurum proferunt, et auri ignorant [prae]tium. Sed talib[us] principio dolenda successu demum felicior doctrina est, non latent quos et natura p[er] ingenium et indoles per conatu[m] erexit in doctrinam. Deteriores illi, qui in scholis asini, extra limen iactantia temulenti Omnia se nosse probasse singula, nihil non ausum affirmare ambit ubiq[ue] intelligens videri rudib[us] admirand[us], ridend[us] doctis, sibi miser, prudentib[us] miserabilis. Qui vero antequam pedem excolis pri[us] animum extularant quia instudium et Literas socordes, et ubi Laborandum esset per industriã ignavi, dum in reliquo vitae decursu bubulcis sviniles, quam nativæ indoli. E Gymnasijs ergo tanquam eluco prodeunt ingenio sylvestres, quib[us] si vivendi et bibendi Licentia accesserit, quid quid integrum honesti erat, in fa[e]clissimis hisce putrescit doliis. {A. 4}

Hoc enim homines sunt, qui vuvunt ut bibant, non bibunt ut vivant; poti[us] mæro Zytowe quam ratione pleni. Attamen si vel occasio Idiotas probaverit v[el] plurium doctrina quales honesti stimulos excitarit iam damnare perditos in scholis annos intales se incidisse, qui aut male invigilarint, aut secum agere ad profectum Co[m]mode nequijssent. Alios scilicet damnant suæ obliti pertinatia[e] et languoris. Ad eosdem pertine[n]t qui in scholasticis utrumq[ue] instructi ad alia rudiores. Ultimo demum sunt qui ad scholam vituli, ab illa boves abeunt. Quos nec natura e[ss]e dedit, nec su[us] olim arbitrio numinis status requirit doctiores. Omnib[us] itaq[ue] hoc meo vili prodesse Labore conabor, erigendo primos alios in-

struendo et Commodam ad futuros us[us] afferendo materiam. Ultimis tamen imparem hunc Laborem sentio quos scilicet nec Deus fecit. Ego ex politor tantum ingenij suum non auctor ex cavâ arbore et inepta nunquam artificiosum vivet delubrum. Materiã etiam requirit, qui sine Crimine voluerit operari honori artificis detrahit, qui desperata elaborat nempe circa in utilia diligens et vane sollicitus. Itaq[ue] illos tantum hic instruam, quos aut ingenium aut indoles nativi sanguinis aut timor aut pudor fecit generosos. Compensabunt illi Lucina[e] in vidiam decori e p[ro]prio, qui vero alieno illustres ne incerta teneant, suum Labore efficient.

Operis ergo hui[us] materia amplior quidem est, quia ad omnes {A. 4a} se extendet circumstantias, cum insingulis Rhetoricæ officijs Curcios esse dedeceat. Quam tamen amplitudinem ad breviora arctabo, ubiq[ue] Copiosus nullibi super flu[us] et veluti inbrevia bella totam Magnitudinem Rhetorices ductis characterib[us] adumbrabo. Dispositio vero in hos divisa est Titulos. [Pri]mo Quod ad necessaria præparamenta pertinet expediemus uti Figuras ad Admirationem Rhetoris Novas per Alphabetum symbola Ca[e]sarum, tam orientaliu[m] quam Occidentalium symbolica dicta. [Secun]do Ipsam Rhetoricam, quo ad communia et particularia artificia. [Ter]tio Eruditiones sententias breviter per

Alphabetum senecianas et Praxes
in omni materiâ expediam. Corallium
addam de sacra Rhetorica seu de Conci-
onib[us], et breviter eruditionem
seu originem Regni
Poloni.
{A. 5}

PARS [PRI]MA
TULLIANÆ ARBORIS

Soli parendum amori. Margarita Marchionissa Castilionis.

Aurum.

Aurum in igne L: Spectat in ignibus.
Bertrandy.
Aurum ad Lydium lapidem probat Lena probatur sed probat ipsum magis. Carolus Dux Aquitaniae
Aurum liquescit in igne L: in honorem v Contumeliam.
Aureg nummy percussione signat Lemma Cant Totum plaga Aresig
vide de eodem sub Nomine Arca Numero 2do et 4. Many pro.

Bos.

Bos ex quo nascuntur apes L: exsunere vitam
Iubij Macrony
Bos pascens L: meliora quadro. Ioannes Ursinus Marchio Mortare.
Bos florea coronâ cinctus L: ex frugalitate ubertas
Bos Alneg Phalaridem primum sui inventorem

FRUCTUS [PRI]MUS
de Figuris novis. Neo Rhetoris ad admirationem
de Figurâ Cognitionis

Cognitio gra[e]ce Gnosis, quo simplicem aliquam Actionem animi apud se vel per sensum externum exprimis actu v[erbi] g[ratia] verbo agnosco, intelligo, scio, experior, sentio, audio, video etc: sic Cicero nunc intelligo neminem tam stultum fore. Virgil: nunc scio quid sit amor.

In Ephitaphio Pater ad Filium min[us] sui amante[m]

Intelligo. Unum hoc rogas.
Mi nate
ne ist hinc exeam.

Ignoratio Priori Opposita cu[m] dicis Te nescire etc sic Cicero ne scio quo pacto fieri dicam. Pater de Filio Callimacho stante in acie Cæso. {A. 5a} Sepulchrum pro illo ambire debeam nescio, an recusare. Nemo illi statuam erigat, sufficit hoc cadaver.

In antiqua sepulchri Inscriptione

Ne scio
non ad me pertinet

Supra tumulum celeberrimi Pictoris q[ui] vocaba[tur] Mutus

Mut[us] est Pictor
Pictura loquitur
Neutrum audio

Ostensio aliter Demonstratio gra[e]ce Dic nymia hæc quæ cogitam[us] [per] sensu experimur alteri ob oculos poni terminis ostensi vis seu Demonstrativis v[erbi] g[ratia] en, ecce, aspice, vide, audi senti etc: sic Virgil:

/–/ –/ /–/ /–/ /–/ quod discordia Cives
Perduxit miseros, en queis consevim[us] agros

Seneca in exclamatione contra Parentem qui Filios suos reddiderat miseros ut illos faceret Romanos misericordes, seu oculis pedibusq[ue] adempsis calamitosos in publicum prose stipem conquisituros mittebat: Intuemini huic erutos oculos! illi effractos pedes! quid horrescitis? sic iste misere[tur].

Super sepulchro antiquo
Spectate posteri
Sic eritis.

Ha[e]c vehementissima est, si iunga[tur] Hypotiposi sic Seneca: In dignat[us] luxui Romanorum, aspice culinas nostras, et Concursantes inter Tot ignes cocos nostros, unum videri putes ventrem cui tanto tumultu compara[tur] cib[us]. Aspice veterana et plena {A. 6} multorum sæculorum Vindemijs horrea, unum putes ventrem, cui tot Consulum Regionumq[ue] vina condun[tur].

Numeratio cum dicis numerare recensere etc: v[el] numerum rerum ut personarum tractas, termino numerali v[erbi] g[ratia] duo, tria, quatuor nihil etc: sedecias excæcat[us] in captivitatæ Babylonica: numerabo mala mea, amisi regnum Liberos, nunc ipsas etiam amisi lacrymas, non ipsos habeo oculos quib[us] possim mea mala deplorare, fons ipse Luctuu[m] meorum obstrict[us] est, et nunc maxime exundat ipsa ad Damna mea ca[e]c[us] sum non illa possum videre sed possum numerare; adeste digiti vices oculorum supplete.

Andromacha captiva stans ad sepulchrum Hectoris quo Filium Astyanacten abhoste celare exaggeratura cladem suorum apud Senecam in Troade.

en intuere? Turba quæ sum[us] super
captiva, tumulus, infans.

Penelope apud Ovidium.

Tres sum[us] imbelles numero sine virib[us] uxor
Laertesq[ue] senex, Thelemachusq[ue] puer.

Hæc eadem pra[e]clare fit cum numerum invenis ubi non est v[erbi] g[ratia] si dicas duo esse ubi non nisi un[us]. Supra tumulum Fescennij totâ vitâ poculis addicti.

Sta viator
Cum hic unum mortuum legas
duo hoc sepulchro iacent
nimirum hic Fescennius
et cum eo sepeli[tur] ebrietas. {A. 6a}

Eadem adhuc insigniter permisce[tur] oppositioni v[erbi] g[ratia] si unum et omnia v[el] aliquot et plurima interse misceas. Sic de Argo centoculo dum soporiferâ Mercurij virgâ tangere[tur] omnes ultimo in Mortem sopore claudente.

– – centumq[ue] oculos ha[e]c occupat una. De Catone quem ante bellum Pharsalicum
dum adit profundâ Nocte Brutus.
Invenit insomni voluentem publica cura
Fata virum casusq[ue] Urbis cunctisq[ue] timentem.
securumq[ue] fui – – – Lucan[us] Lib: [secun]do

Ulysses dum apud Andromacham inquirit ubi natus est? ubi hector? ubi cuncti
Phryges? ubi Pryam[us]? unum quæris ego qua[e]ro omnia.

De nocte dieq[ue] Baldvinus
sic nox centoculo quam vis oculatior Argo
plus uno cernit lumine lusca dies.

Aestimatio Cum dicis te a[e]stimare, pretiu[m] alicui[us] habere etc: v[erbi] g[ratia] de Milite insigni: habes Tui pretium quia ipse non habes an sic te magni gloria[e] vendis, periculo Tuo placet famam ex conservata Patria vita mercari. Omnia illi uni impendis; Te ipsum.

Ha[e]c raritatem habet et fit Paradoxum, cum mala pericula et ipsum flagitium a[e] stimam[us] infinem aliquem; Posset vocari a[e]stimatio malorum sic v[erbi] g[ratia], de [Chris]to Domino crucifixo: O certe necessariu[m] Ada[e] peccatum! quod [Chris]ti morte deletum est! {A. 7}

O Felix culpa! qua[e] talem meruit habere Regemptore[m].

Lucan[us] ut Neroni post bella civilia Cæsari assentare[tur].

Quod si non aliam venturo fata Neroni

Invenere viam, magnoq[ue] a[e]terna paran[tur]
Regna Dijs ca[e]lumq[ue] suo servire Tonanti
Non nisi sa[e]vorum potuit post bella Gigantu[m]
Iam nihil o superi qua[e]rimur scelera ipsa nefasq[ua]
Hac ma[e]rcede placent.

Apud eundem Brut[us] ad Catonem ituru[m] inbellu[m] civile.

– – – quis nolit ab isto
Ense mori, quam vis alieno vulnere labens
Et scel[us] esse tuum – – –

De apicula in succino martiali Libro [quar]to.

Et latet et lucet Phaetonti de Condita gutta
Ut videatur apis nectare clausa suo
Dignum tantorum pretium tulit illa laboru[m]
Credibile est ipsam sic voluisse mori.

Idem de Mutio Scevola quem Porsena Romam regredi iussit foco illi subtracto dum etc:

Urere quam potuit contempto muti[us] igne
Hanc spectare manum Porsena non potuit
Maior decepta[e] fama est et gloria dextra[e]
Si non errasset fecerat illa minus

Et aliquando de Facundissimo in senatu Oratore

Ut Tua contorto properat sententiâ nodo
Vix loqueriscum sponte tuum stat quisq[ue] tropheu[m] {A. 7a}
Et vicini gaudet quia Te victore superbit.

De quodam insigni victore dum militat.

– – – quoties rapereris ad arma
sponte tuâ voluerê manu turca[e]q[ue] Geta[e]q[ue]
Tanti pra[e]da Viri gaudebat vulnere Byston
Victorem spectare suum et Mucrone notari
Hectoris fortuna fuit non ultima Thracum
Mors inter pra[e]clas inter Monumenta Cicatrix
Inter [prae]cipuas numeran[tur] vulnera pra[e]das
Qua[e] tuus adversis inflixit fontib[us] ensis
Lucrum erat AEnea[e] Rossi libasse mucrone[m]
Nempe tu[us] rigidum comitat[us] spirit[us] ensem
Hostile ingens intrabat pervulnera pect[us]
Addebatq[ue] novas animo tum verbere vires
Et stimulos fugiente metu p[er]vuln[us] apertum
Inspecto vultuq[ue] tuo clypeoq[ue] manuq[ua]
Optabat iam Turca Mori nec plura videre
Mens erat, herois pulchro defixus in ore
Victori vitam quam displicuisse videbat
Ultro spernebat nec fatum sensit adesse
Et Mors illa fuit Lethi cognomine digna
Quali nil poterat contingere Leti[us] hosti

Narratio Non ha[e]c quæ est pars Orationis sed qua[e] est forma pra[e]parandi animum auditoris ad audiendum v[erbi] g[ratia]

Dicam quod sentio dicam clarius etc: {A. 8}
Dicam insigne recens adhuc

indictum ore alio
Favete linguis carmina non prius
Audita Musarum sacerdos
Virginib[us] puerisq[ue] canto. Horati[us]

Inscriptio supra residuum domûs parietem supter quem spons[us] sponsaq[ue] igne fortuito duo simul nuptias et vitam finierunt.

Sta viator et luge
Grande vulcani enarro facin[us]
Anchisen ex igne Æneas
Hic
Sponsum sponsamq[ue] enuptijs ignis extulit.

Institutio seu Doctrina qua[e] gra[e]ce voca[tur] Diadrachia cum dicis Te docere v[el] iubes discere, sic quod Isvaldus Hybernia[e] Princeps bello cæs[us] immobilis stetit: Discite terrarum Principes quantum vobis post obitum in vos ipsos potestatis est. Isvaldo post mortem Romæ inscriptio legitur.

Hospes disce novum mortis gen[us] improba felis
Dum trahitur, digitum mordet et intereo.

Affirmatio Græce Cathaphosis quâ dicis te affirmare v[el] assentiri etc: v[el] similib[us] verbis affirmationem v[el] assensum ignificantib[us] ipsum dequo dicis, luculenti[us] asseris v[erbi] g[ratia] Cicero est Labor pericula magna fateor, multæ insidia[e] sunt bonis sic est

Acerba fata Romanos agunt {A. 8a}
Orphe[us] Calliope genus {Horat}
Aeternum fieri nihil

Iterum in Epitaphio cuiusdam

Sta viator
Quid quid est
Nihil est.

Negatio Priori opposita contrario modo procedit, ut si dicas te negare dissentire etc: Cicero, nego esse quidquam a Testib[us] dictum

In Epitaphio
non sum
non fueram

Inscriptio Cum te dicis aliquid inscribere incidere quare respiciend[us] erit tibi loc[us], quo scribas etc: Hac pulchre sententiæ v[el] animadversiones morales inscribuntur.

De quodam Sarmata habente pro stemmate tres hastas carceri a Suecis incluso: Ast ego Heros invicte trium phalib[us] tuis hastis, duo in illi[us] Carceris exaro limine. Primum nullas posse tantas angustias esse, in quib[us] maximæ virtuti nosit loc[us] et gloria. [Secun]dum quod ita vires Leoni Suetico alleveris, ut nec Te diu servare potuerit nec perdere.

Patris Sarbievij Libri [quar]ti oden [pri]ma Polonico reddens Idiomati quidam. {A. 9}

Wieczną na wielkiey Krępakowey skale
Rysuię piosnkę umieyciez ią cale
Potomne Czasy, niewinne dziewczęta
Niech ią y pozne spiewaią wnuczęta
Prozno Polacy miasta muruiemy,
Prozno y Zamky do Zamkow łączemy
Iesli w kosciołach pustki a wyniosłe
Swiątnic Fabryki chwastami zarosłe.

Reticentia gra[e]ce Aposiopesis cui[us] celebratissimum exemplum apud Virgilium, dum Neptun[us] contra, ventos insolentes. V[erbi] g[ratia]

Quos ego? sed motos pra[e]stat componere fluct[us].

Epitaphium Attilæ

Hic iacet Attila
Numinum flagellum
tu nosti reliqua.

Praeteritio quâ Te dicis nolle dicere aliq[ui]d, maxime dicis.

In Inscriptione Herodoti historici qui multa falsa veris inspersit.

Hic iacet
Herodot[us] hystoriograph[us]
non dico mendacem fuisse
sed Perversorem. v[el] gra[e]cu[m].

Iuramentum Quod est summe efficax valetq[ue] ad motum, [prae]cipue si res magnas, et si non viventes Iuramento cites, sed huic rar[us], et non nisi {A. 9a} instar Figura[e] solus in scena Locus. Dido apud Virgil: ad Æneam: Per Te has lacrymas dextramq[ue] tuam, te iuro per Filij Manes, Numina doloris Mei.

In Inscriptione sepulchri

Per manes meos iuro nihil morte tuti[us].

Testatio Haud multum priori dissimilis cum personas v[el] res inanimatas in testimonium invocas, Vos Dij Patrij ac Penates testor etc.

Apud Senecam in Troade Hecuba
Testor Deorum Numen adversum mihi
Patria[e]q[ue] cineres, teq[ue] Rectorem Phrigum
Quem Troia toto conditum Regno tegit
Tuosq[ue] manes quo stetit stante Ilion
De antiquo gra[e]co insigni Oratore
Quanta spiravit vivens, Gra[e]cia tessis erit.

Animadversio seu Reflexio gra[e]ce Epithasis in re dequa dicis, consideras aliquam circumstantiã particularem, et istam cum eadem comparas. Sic Cicero contra Pisonem: obrepsisti ad honores com[m]endatione fumosarum imaginum etc: (ecce res dequa dici[tur]) quarum nihil simile habes [prae]ter colorem etc: ecce Reflexio. Seneca ad Ciceronem Tu intrare illum senatu[m] poteris o Tulli, in quo Pompeium nonsisi visur[us]: Tu illam togam induere, qua[e] alijs cessit.

Hecuba captiva: Regina quondam ancilla nunc Tua.

Parenthesis Pulcherrime p[er] hanc observata (ut dicebam) {A. 10} circumstantia Particularis effer[tur] alicui[us] rei. Sic v[erbi] g[ratia] Ovidius Brachiaq[ue] in Cœlum quid non videt) irritatendit

– – – in Iugulo v[el] pectore telum
Conde meo iugulumq[ue] simul, pectusq[ue] reflexit.

Epitaphium Aristoni Epicureo, quoru[m] vita erat voluptarie vivere.

Parenti natura[e]
corpus
Animam non habuit
Ariston restituit.

Correctio Quâ supra pro prium dictu[m] reflectis. Epitaphium mulieris ad lacrymas et compotationes [pro]na[e].

Iucundus Libertus
Uxori bene sua[e] mærenti
erravit bene inquam sepulchrum ma[e]renti
potuit

Repetitio vehementi[us] se reflectit v[erbi] g[ratia] Seneca O lares! miseri lares!

Apud Tragedam Andromacha ad captivam quoq[ue] Nos Hecuba! nos, nos Hecuba lugendæ sum[us].

Admiratio Ha[e]c est fortis quoq[ue] reflexio supra novitatem v[el] granditatem rei v[erbi] g[ratia] miror [pro]digio mihi est.

Seneca de Mutilatis a Parente Filijs, ut citi[us] medicando impetrarent:

Novum monstrum integer alitur debiles alunt

De Isvaldo iam cæso ad huc stante: Prodigiu[m] mortus e[st] {A. 10a} non ca[e]cidit Superi! qui nunc quoq[ue] stetit, an nun[c?] prolapsurum aliquando visuri estis. In Troade de Pyrrho ad Polyxenam gladio percussur[us] esset, illi[us] tum formæ tum Indolis aspectu retardato.

Novum monstrum Pyrrh[us] ad ca[e]dem piger

In Epitaphio Romæ

Miraculum

hic vir et uxor

non litigant.

Exclamatio Qua[e] ex priori nasi[tur], sic enim qua[m] nobis aliquid insolitum respicientib[us] admiratio deficit exclamam[us].

Martialis de Leone qui puerum voraverat

Exclamare libet crudelis p[er]fide pra[e]do

A nostra pueris parcere disce [закреслене слово pra[e]da] Lupâ.

Cicero o miserum et infelicem illum diem! o

falsam spem! o volucrem fortunam!

Epitaphium

O genus humanum Lacrymabile triste caducu[m]

Quod vivens miserum, post obitum cinis est.

Extenuatio Quâ aliquid extenuas, cum dicis Te aliquid minuere demere gloriam etc: v[erbi] g[ratia] nemiremini auditores facta illi[us] etc: v[el] nihil grande aggress[us] v[el] vilia perpetravit.

Medea postquam exaggerasset antiquam immanitatem suam novam contra Maritum susceptorem ex illo Filiorum cædem minatur:

/–/ /–/ memoravi levia nimis {A. 11}

Hæc virgo feci gravior exsurgat dolor

Maiora iam me scelera post part[us] decent.

Inscriptio supra sepulchrum.

O quam ridiculum est quis sim fuerimve rogate

Cumq[ue] tibi qui sis, noscere cura levis.

Memoratio Quâ dicis Te aliqu[o]d meminisse v[erbi] g[ratia] Memini cruenti sceleris, habeo in animo id, quod tibi ludo quodam crudelitatis amissum est.

Praesagitio Cum dicis vaticinor auguror etc: v[el] ex qua cunq[ue] re vaticinia sumis, ha[e]c etiam valet [prae]cipue in laudib[us], si vaticinaris famam plaus[us]q[ue] insequentes annos.

De Rege Polono Ioanne III iam defuncto Turcar[um]domitore. Auguror plenusq[ue] fidei pronuntio: vives Regum Maxime in auro Phydia[e], ingemmis Lysippi, in argento Praxitelis, non uni[us] Apellis tabulas animabis, spirabis in animis, desiderari tamen non desines. Omnib[us] loco excusationis erit victorib[us], quod processeris, quibus vis umbram facies triumphis.

De Pra[e]side Libris editis Com[m]endatissimo. Auguror Antistes doctissime quanquam omnes de te taceant pulcherrimi illi et ex tota fermè antiquitate Lecti Codices hoc est immortalia illa tua[e] gloria[e] Monumenta, quib[us] publici prælij officinas toties fatigasti

pl[us] omnib[us] de Te loquen[tur] disertissime {A. 11a} pro Rostris et libertate Paræneses, Tua[e] Leges vivendi erunt posteris, et perenne ingenij tui prodigium. Ibunt in a[e]vum tam erudita[e] paginæ neq[ue] ita conticescent, qua[e] ita fortiter pro DEO et Patria loqui a Te didicerunt. Immortales excitabit calores, in Lectorum animis, cælesti quodam igne ardens suada tua, – quam illis felicissime impressisti. habebunt clypeum virtutes, quo integritatem suam tueantur: Discite posteri quâ voce aures Principum, quib[us] oraculis senat[us] Maiestatem implere debeant. Habebunt insequentes perennem domi fontem, ex quo non Milesias tabulas sed solidam civis sapientia[e] eruditionem hauriant, non uno legeris a[e]vo, et inter Magnoru[m] Nomina scriptorum, memoria Tua de mortalitate triumphabit.

Seneca. Nescio q[ui]d anim[us] grande [prae]sagit malum supra tumulum antiquum.

Audi viator
quid hic tibi e sepulchro dicit
vixi ut vivis
morieris ut mortu[us] sum.

Dubitatio Cum te dicis dubium ad ferre v[el] dubitare sic v[erbi] g[ratia] de Parrhasio, qui excruciatu[m] depictur[us] Prometheum subditum illi[us] instar torsit ut ex illo pingeret: Dubium inter ista studios[us] ne Parrhasi[us] pingat, an tortor sæviat. De Julio {A. 12} qui suorum ipse bellorum Historicus. Dubito min[us] ne an mai[us] sit tot triumphos referre, q[ua]m scribere; tu utrumq[ue] fecisti, omnes hostes tuos quemadmodum in campo Martiali tuo gladio, ita in paginâ tuo calamo proscripsisti.

Inquisitio Quâ de aliquoqua[e]ris v[erbi] g[ratia] Cicero Nunc qua[e]ro abste, quare Patrem suum Rosci[us] occiderit, qua[e]ro quando occiderit etc.

Interrogatio Etiam aliqua inquisitio sed magis vehemens est et imperiosa.

Quo quo scelesti ruitis aut cur dexteris
aptant[ur] enses conditi
{Horat[ius]:} Furor ille ca[e]c[us] an rapit bis acrior
an culpa responsu[m] date.
supra te mulcti tumulum.
Quo non mors properat?
frustra fugit mare
Immensa naufragium facies.

Responsio Quâ dicis Te respondere v[el] referre responsum v[erbi] g[ratia] Epitaphium.

q[ui]d agam requiris?
tabesco
scire cupis quis sim?
Fui.

Interprætatio est cum aliquid interp[rae]taris hoc est v[erbi] g[ratia] De serenissimo Ioanne III Polonia[e] Rege. Nunc Patria Hectorem, scipionem, Alcidam hore[m] te coronavit.

Ad obiurgatorem: Tunc flagitijs deditum, hoc est qualis tu ipse es dicere voluisti: Tunc ambitionis, sa[e]vitia[e] {A. 12a} accusasti, interprætor te, dixisti quæ Cogitas, procul ha[e]c a me crimina, neq[ue] tam prope admitto ut in mentem veniant, etiam et aliu[m] illorum accusem.

Occupatio gra[e]ce Hypopphore seu Cathalepsis summam vivacitatem habet qua ipse tibi obijcis aliquid maxime [prae]veniendo alterum, ne obijciat dum ipse id adferens refusas.

Nun aliquis dicat mihi
Quid tu? nulla ne habes vitia
Imo alio haud fortasse minora. Horat[ius]

Fictio Cum facim[us] aliud imaginari sibi quod non est unquam etc: v[erbi] g[ratia] Fingite vobis antiquam illam Urbem videre Lucem orbis terrarum, subito uno incendio concidentem.

In quodam Epitaphio sic
Finge te
esse me
Melior eris
te et me.

Veluti diceret hic mortu[us]; quem si quis transeundo viator legit, Mortis meminerit bon[us] sit futur[us] qualis non erat.

Imaginatio Qua[e] exprimit aliquam agitationem mensis, et quasi furorem delusum v[erbi] g[ratia]

Auditis? an me ludit amabilis
imago vocis. Sarbierius {A. 13}
In Epitaphio Moresini Veneti.
Quænam Hedeæ lacrymabiles quatuor
Iustitia, probitas, fortitudo gratia.

Expressio gra[e]ce Ectyposis, quæ ut exprimat q[uo]d e[st], format cogitatq[ue] e[ss]e quod non est. Sic exaggeratur[us] Macilentum e[ss]e dicit: Putares cadaver angulare. Cicero de consule in Campania: Tanta erat gravitas in oculo ut illo supercilio Respublica tanquam Athlante cælum niti videre[tur]. Desubita victoria v[erbi] g[ratia] Dixisses hostiu[m] copias n[on] gladioru[m] sed oculorum acie profligatus.

Prosopopa[E]Ia Plane thaumaturga qua[e] dat sermonem non vocem habentib[us], seu cui[us] vi inducim[us] loqui irrationabilia, muta, non viventia v[erbi] g[ratia] Cicero ad Catilinam: Tecum Patria sic agit, et quodam modo tacita loqui[tur], nullum iam tot annos faci-n[us] extitit nisi perte. Sic dicim[us] statuas, hortos, vexilla, sepulchra, aliq[ui]d loqui alteri.

Apostrophe Quâ nos loquimur cum ijs, qui non audiunt, nil min[us] priori miraculosa, cumilla mutis linguam hæc surdis aures [prae]beat. Sic.

O fons Blandusiæ splendidior vitro
Dulci digne mero. Horat:

Martialis de iuvene decidente â domûs tecto ingelatam aquam, occiso: Ubi mors non est si iugulatis aqua[e]?

Conclusiuncula Qua[e] stringit ante dicta, cum aliquâ reflexione inopinata, seu qua[e] post dicta infert aliq[ui]d [prae]ter opinionem, v[erbi] g[ratia] Cicero de Clodio q[ui] in templo {A. 13a} flagitios[us] fuerat itaq[ue] duas res sanctissimam Religionem et Pudicitiam uno scelere violavit. Ha[e]c vides h[a]b[e]t particulas qua[e] illationem significant, quales s[i]t itaq[ue] ergo etc: sed hoc non sufficit, nisi p[er] has aliq[ui]d in expectatum iam dictis adiungas. Martialis de leone Domitiani. Blande q[ui]b[us] cunq[ue] minorib[us] animalib[us] v[erbi] g[ratia] Leporib[us] colludente.

Unde potest capta[e] leo parcere [prae]da[e]
Sed tamen esse tu[us] dici[tur] ergo potest.

Epiphonema Vi ali cui[us], illi[us] rei quam dixisti infine acclamas: Valeri[us] Maxim[us] de Crasso contra Augurum prohibitiones inbellum contra Partos profecto, et ab illis cæso: sic Dij spreti exardescunt, sic humana consilia castigan[tur] ubi se Cælestib[us] pra[e]ferunt.

Supra Tumulum Iuvenis
I, nunc et viridi fide Iuventa[e].

De[o] [Chris]to D[omi]no dum illudere[tur] Rege dicto. En Inquod Regi[us] titul[us] non valeat? sol[us] ut irridaris sufficit.

Item. Iam nunc q[ui]d summa sint nomina apud solyma[e]os? Regia appellatio illusio est, scilicet non blandiun[tur] nobis tituli sed illudunt. Iam nunc verum aliq[ui]d summos crede titulos certe DEUS ipse ut illuda[tur] Rex dicitur.

Item. [Chris]tus Regium nomen â solymæis simul et arundinem in manu obtinet v[erbi] g[ratia] I, et tecum reputa q[ui]d ex illis duob[us] levi[us] sit. Vides q[ui]a Epiphonema p[otes]t e[ss]e exclamatio ostensio etc: et alia ex memoratis figuris, si infine p[ro] aliqua exclamatione illis qua[e] dicebas adhibea[tur]. {A. 14}

Compendium. Per hoc colligi[tur] breviter q[ui]d quid plurib[us] insinuatum, seu clari[us] cum multa quæ pri[us] ad tuleras tandem in unum compingis. Oedipus ipse Parricida et p[er] flagitium nat[us] de Filijs suis.

Illis parentis ull[us] aut a[e]qui est amor?
Avidis Cruoris, Imperij, armorum, doli,
Diris, scelestis, breviter ut dicam meis.

Epitaphium Magnum illi[us] Iusti Lypsij

Humana cuncta fum[us] umbra vanitas
Et scena[e] imago verbo ut absolvam: nihil.

Item de Rudolpho Imperatore: Epitaphiu[m]

Mortu[us] est Imperator maxim[us]
Imperavit vicit
Triumphavit
Dicam simul fuit.

Item

Lege viator
Imperatorem militem
Scias Fuisse Ducem
Cuncta simul refero hominem.

Perplexitas quâ voluntas inter duo Contraria se se aspiciens cum utraq[ue] habet suspecta, et neutrum vitare potest velut Hercules ante bivium suum deliberat v[el] quemadmodum navis inter duos fluctuat scopulos, et nulli allidi cupit. v[el] clari[us] est, cum e duob[us] anxi[us] hæres, q[uo]d eligas sic {A. 14a}

Apud Senecam in Troade: Andromacha aut Filij ca[e]dem aut Maritum disiecto sepulchro aspectura.

Quid agimus? animu[m] distrahit gemit[us] timor
Hic nat[us] illic coniugis Cari cinis
Pars utra vincet[2].
In sepulchrali inscriptione Cornelij veneti
Loqui vellem et vellem tacere.

App[ro]batio qua[e] priori succedit nam dum se perplexitas expedit q[uo]d elegit probat. Sic agendum est. Seneca: bene est, abunde est. Hic placet pene modus.

Imperium seu **Iussio** Cum aliq[ui]d mandas, iubes etc: v[erbi] g[ratia] Iubeo Te scribere. Cicero hac ipsâ Cathilinam ma[e]nib[us] urbis Romanæ expulit eggredere ex Urbe Cathilina, Libera Rem publicam metu. Forsan imitat[us] Senecam apud quem Creon Corynthiorum Rex, ad Com[m]endatissimam venefic[us] Medeam

eggredere purga Regna lethales simul
Tecum aufer herbas libera cives metu

Hac sæpe incipiunt Epitaphia v[erbi] g[ratia]

Siste gradum q[ui]sq[ui]ses, ades dum viator
ad sta et perlege.

[2] В оригіналі: Distrahit geminus timor: // Hinc natus, illinc coniugis sacri cinis. // Pars utra vincet? http://www.stanford.edu/~plomio/andromache.html

Admonitio seu Exhortatio priori Imperio {A. 15} seu iussioni vicina, cum dicis te monere, hortari, etc: Cicero: Pro summa mea diligentia moneo: p[ro] auctorit[a]te consulari hortor; pro magnitudine periculi obtestor ut otio, ut paci, ut saluti ut vitæ vestræ et cæteroru[m] civium consulatis.

supra sepulchrum.
Te
seu notum seu ignotum
moneo
mori cogites
antequam moriaris

Obsequium Priorib[us] correspondet cum dicis te obsequijs parere, obtem perare, iussa implere etc:

– – – tuus est Regina quod optas
Explorare labor, mihi iussa capessere fas est.
supra sepulchrum.
Pareo tibi, na[tur]a parens depositu[m] resigno.

Blanditiae Cum Te dicis Blandiri, v[el] delicias aliq[ui]d appellas. De spongia in quâ fel et acetum [Chris]to p[ro]pinatum Duæ sunt blandiciæ mea[e], spongia [Chris]ti et Iudaicu[m] fel. Non sic apes suo favo q[uam][3] illi ego in ha[e]ream, meum mihi mel ex illa est, q[ui]d-q[ui]d [Chris]to in illa dulce fuit. Odelicia[e] mea[e]! inter quas amorem nostri DEUS bibit, quam pretiosæ estis! qua[e] ipsâ [Chris]ti constatis anima vivere vobis tantum libatis, Numen ampli[us] noluit.

Salutatio Quâ, dicis saluto salve. etc: {A. 15a} Trecenti Lacones ituri obviam trecentis millib[us] Persarum inter se se ista dicunt: eam[us] et cum Xerxem cum omnib[us] signis e p[ro]pinquo spectabim[us], cum tam innumera (nisi statim vincere eligam[us]) agmina alloquemur. Dicam[us]: salve Xerxes, salvete Referta hominib[us] non viris et militib[us] castra! vos omnes trecenta Persarum millia trecenti Lacones salutant hodie vincendos.

De [Chris]to insiti suâ amare potato: salvete delicia[e] oris Divini fel et acetum salve spongia Tui ego usu q[ui]dni doleam? scriptos flagitij characteres? postquam sacrilegi Iudae osculi vestigia felle et aceto a labijs [Chris]ti delevisti.

Apprecatio Cum Te dicis apprecari. Sic ex Inscriptione sepulchrali.

Bene valeas quisquis es v[el] Dij te ament, qui hæc legis.

Veneratio Cum Te dicis aliquem venerari.

Delubra et Aras cælitum et Patrios lares
Supplex adoro. Seneca
Le[m]ma supra Iovem pictum cum Fulmine:
Venerare aut verere.

Abominatio Cum Te dicis abominari – ha[e]c priori opponi[tur].

Heu stirpem invisam! et fatis contraria nostris
Cathaphrygum! Virgili[us] {A. 16}

Obiurgatio Cum Te dicis obiurgare, increpare, mala dicere nomina. V[el] certe plures audienti graves appelationes accumulas.

Quid immerentem hospitem vexascanis? Horat[ius]
Ex quadam maledica Inscriptione Epitaphium
Contemptor Fidei
Vita[e] corruptor Honesta[e]!
Fons et origo mali

[3] Або q[uo]

claudi[tur] hoc tumulo. {Seneca}
Hostis Tarentis impiu[m] atq[ue] audax caput.

Irrisio Parum â priori diversa, cum dicis v[erbi] g[ratia] rideo veterum superstitionem, ca[e]cam pinxerunt Fortunam veluti facili[us] dona sua daret omnibus, si quib[us] daret, non Videret. Rideo iterum – Fortuna[e] cæcitatem! q[uam] enim blandum sed tamen deceptum Nomen non un[us] qui fortunam pingeret inops erat. Certe hoc, propter quod pingebat ut venderet non habebat. Interim metire an nomerito rideas ille qui pingebat cum pauper[ita]te suâ infelix erat, sed suos possidebat oculos, Ha[e]c cum omnia possidendo fortuna simul cæca.

De Antonio Asinelli in Doctorem iuris Padva[e] promoto, ubi dici[tur] Academia Bovis.

Ridete fora! bos asellum iura docuit.

Execratio Aliter diræ. Cicero v[erbi] g[ratia] Dij te perdant fugitive! {A. 16a}

Vivat per Urbes erret ignotus esens.
Exul, pavens, invis[us], incerti laris
Me coniugem optet limen alienum expectat
Iam not[us] hospes qouq[ue] non aliud queam
Pei[us] precari Liberos similes Patri
similesq[ue] Matri gignat. Seneca

Timon maledic[us] aliorum Insectator habuit supra sepulchrum suam scripturam.

Nomen
non quæras lector
Dij te male perdant.

Velut ex maledicto facile possis cognoscere quod hic esset Timon.

Optatio Quæ provenit ex Desiderio v[erbi] g[ratia] o mihi! o utinam! v[el] opto!

– – – an ne erit unquam
Ille dies mihi cum liceat tua dicere facta.

Sic sa[e]pe adhibent oratores. Fecisset uti nam Deus immortalis etc: Maxime vellem Iudices.

Invocatio Cum superos, astra etc et pulcherrime quæ cunq[ue] alia inanimata invocas. Apud Vir[g]il. nis[us] ad Dianam: Tu Dea, tu nostro [prae]sens succurre Labori.

Infunere Adolescentis cuitota instar animantium Corporis tantum non animi vita
Huc ven[us], et genius veniat, ponend[us] in urna
Et nov[us] hac subter sardanapal[us] humo. {A. 17}

Votum Priori coniungi[tur] quod fit primo cu[m] dona, et gratitudinem spondes:

Ipse aras statum viridi de cespite et umbras
Lustrabo: tumuloq[ue] feram solennia dona.
Voveo tibi victimam fortuna redux pro progressu et reditu Augusti.

[Secun]do cum iam vota aut dona p[er]solvendo appendis: sic In inscriptione Antiqua.

De magno a[e]terno
Læli[us], stati[us], Diodor[us]
q[uo]d se [prae]cib[us] compotem fecisset
votum solvit
Lubens merito.

Obsecratio Cum obsecras v[el] obtestaris. Nutrix apud Senecam.

Per has anilei ecce te supplex comas
Atq[ue] ubera ista, pene materna obsecro
Depone tumidas, pectoris læsi, minas.

Pulchre ha[e]c institui[tur] ad res nonviventes: Turn[us] sua[m] obsecrat hastam:

– – Nunc o nunquam frustrata vocatus
Hasta meos, nunc tempus adest, da sternere corp[us]

Loricamq[ue] manu valida lacerare revulsam,
semi viri Phrygis et foedare in pulvere crines.

Commendatio Cum Te dicis com[m]endare aliq[ui]d Terenti[us]: Bona nostra tibi com-[m]endo ac tua[e] mando fidei. Insepulchrali inscriptione venetijs

Amici, cognatique
Vobis me commendo {A. 17a}

Concessio Virgil: Do q[uo]d vis et me vict[us]q[ue] volensq[ue] remitto

– – dabitur Troiane q[uo]d optas.
Inscriptio horti
Ito quo voles
Carpito quod voles
Abito q[uan]do voles

Gratiarum Actio gra[e]ce Eucharisticon Ex priori nasci[tur] cum dicis te gratias agere:

Ago gratias meo fato, q[uo]d etc:
Non erim[us] regno inde cores n[on] vera fere[tur]
Fama levis

Recusatio Perquam novis quod displicet: Sen[eca]:

Non me delectant ignoti Domino servorum greges
Persicos odi puer apparat[us]. Horat[ius]

Exultatio Cum dicis Te exultare etc: v[el] exprimis lætitiam debono quod consequuntur[us] es. v[erbi] g[ratia] Io triumphe. Ovid[ius]

Dicite Io pa[e]an et Io bis dicite Pa[e]an
Decidit in casses [prae]da petita meos.
Apud Senecam un[us] extrecentis sparthanis.
Gaudeo, gaudeo, tot[us] me[us] Xerxes est.
supra Tumulum Piscatoris flumine submersi:
Gaude te
Salmones, Carpiones, luci
Ut viveretis
perij.

Iactantia v[erbi] g[ratia] Ille ego qui quondam etc: {A. 18} Idem Viril:

– – et nos aliquod nomenq[ue] decusq[ua]
gessimus.

Atre[us] post illam sævissimam ulcionem quâ Thyestæ Filios manducandos apposuerat[.]

AEqualis astris gradior et cunctos super
Altum superbo vertice attingens polum,
Dimitto superos, summa votorum attigi

Martin[us] Ianes Magn[us] magni Alcantare Prof[es]sor In Epitaphio suo sic viatorem alloqui[tur].

Martin[us] Ianes
In cui[us] Pectus
Nullus unquam met[us] intravit
hic iaceo

Quod cum Carol[us] Imperator V legisset dixit: Puto nunquam candela[e] accensa[e] digitu[m] eum admovisse.

Gratulatio v[erbi] g[ratia] gratulor tibi etc: ex hac nasci[tur] plaus[us] Eia plaudo tibi

– – – – at mihi plaudo
Ipse domi simul ac nummos contemptor in arca. Horat[ius].

Eiulatio provenit ex ingenti ma[e]rore atq[ue] hunc exaggerativa[e] significat. V[erbi] g[ratia] Virgil.

Eheu quam pingvi Mater est mihi taur[us] in arvo.
Supra sepulchrum Leonardi Aresini
Post quam Leonardus
E vita migravit
Historia luget
Eloquentia muta est.
Atq[ue] hoc erat imitari {A. 18a}
Epitaphium Plauti:
Post quam est morte captus
Plautus
Comedia luget
Scena est diserta

Beneficium. Cum hoc alicui indicas, v[erbi] g[ratia] De [Chris]to D[omi]no Felle potato: Beneficium o Solyma! fel tuum [Chris]t[us] bibit min[us] iam tibi amaritudinis domi est.

De Isvaldo Beneficium Hyberni ducem a vobis in teremptum ingrata[e] telluri v[el] insistere voluisse.

Improperium est priori superaddit exprobratione[m] cum ingratitudini indicas beneficium et exprobras aliter. Ex postulatio de Beneficio nullam gratitudinem sortito v[erbi] g[ratia] sic apud Senecam Hercules post monstra orbe sublata Ingrate cessas orbis excidim[us] tibi.

Adhuc malis ferisq[ue] [pro]positus fores
Ni me tulisses.
Medea ad Ia sonem.
– – ingratum caput
Revolvat anim[us] igneos tauri halit[us]
Adijce expetita spolia Phryxei Arictis
Hac dote nupsi.

Paenitentia e[st] Tristia nata de male admissis v[erbi] g[ratia] Seneca. Iam cecidit ira, pænitet facti, pudet. {A. 19}

Epitaphium submersi Nauta[e]
Dijs manib[us]
Et magno Neptuno
Quem verbera sic
me pænitet.

Spes {Horat}: Nil sperandum Teucro duce et auspice Teucro

Et celebre illud Lemma.
Dum spiro, spero.

Desperatio Cui[us] antiqua formulâ v[erbi] g[ratia] factum est, conclamatum est

Nec mihi iam Patria[m] antiquam spes ulla videndi
Nec dulces natos exoptatumq[ue] Parentem. Vir[g]il.

Pictor Italic[us] super portas inferi scripsit: Exeas de spe. Qui huc intras.

Timoret Horror v[erbi] g[ratia] sudor perartus frigid[us] totos cogit. Omen tremisco.

{Seneca} Supra tumulum amici dolo occisi:
Metue
quem non metuis.

Verecundia Qua[e] cognata est timori, estq[ue] formido centent[us].

Heu me per urbem nam pudet tanti mali
Fabula quanta fuit. Horat:

De Annibale quem campanæ effæminarunt deliciæ: O Turpe fatum, mars in rosis interit!

Audacia v[erbi] g[ratia] Virgilius {A. 19a}

Est hic est anim[us] lucis contemptor in istum
Qui vita bene credat emi, quo tendis honorem
Resis tam inermes offeram armatis manus
Dabit ira vires Seneca

Impudentia est audere non quomodo cunq[ue] (sic enim ha[e]c de qua nunc primum) dum audere inscel[us].

Periere mores, ius, dec[us], pietas, fides,
Et qui redire cum perit nescit pudor.
Da frena etomnem prona nequitiam incita
Per scelera semper scelerib[us] tutum est iter. Seneca
Pontan[us] supra balneam Baiarum scripsit:
Ni istis petulanti[us] Lacunis
Infractum magis impudenti[us]q[ua]

Excandescentia est cum Te ex timulas ira in alium v[erbi] g[ratia]

Accingere ira teq[ue] in exitium feras
Furore toto. Seneca.

Minae Cum Te dicis minari v[erbi] g[ratia] Væ tibi In inscriptione una.

Vivit Traianus
Væ tibi Decebale
Ubi perire iussus
expiravero
nocturn[us] occurram furor.

Nemesis Latine indignatio qua[e] v[el] gaudet alteri mali v[el] dolet alteri bene cessisse, v[el] certe gaudet malefacta {A. 20} punita. Bona facta premium suum tulisse. v[erbi] g[ratia] Ist hic nunc metuende iace, non te optima mater condet humo patrio, onerabit me.

A litib[us] linquere feris aut gurgite mersum
Unda feret piscesq[ue] inpasti vulnera lambent. Vir[g]il:
De [Chris]to nolente fel porrectum, potare:

Habes habes! supplicium crudelitas! [pro]pinatum sibi fel, a Te non bibit. Puniri gravi[us] sævitiam non potest, quam cum Tormenta sua cessisse inirritum videt.

De transfixo latere [Chris]ti: Doleo Te e[ss]e vulneratum cor numinis mei, q[ui]d egeras? ut vuln[us] merereris scio qua[e] apud ingratas causa suffecit, ut scilicet cor indulgentissimum eras totum te mortales videre non patiun[tur], quia ex toto â [Chris]to amabantur.

Item habes meritum tuum tibi persolutum cor [Chris]ti vulneraris, quem non eligebas, quos amares fatere! tolera vuln[us], quare etiam flagitiosissimos amando deliquisti.

Item Doleo o amor humanum! qui nunquam lat[us] [Chris]ti deserueris, quo tibi tua cessit obsequij crudelitas? nunc te ipsum [Chris]t[us] suum perlatus hasta peti pati[tur].

Item habem[us] mortales [prae]mium sceleris nostri! Cor [Chris]ti acerbo vulnere scidim[us]! iam nos toto amare corde non p[otes]t! tu tamen Amor immense gaudes limites tuos dilatos seu dilatatos! lati[us] nunc in Regia tua hoc est corde [Chris]ti {A. 20a} habitas. Scio Te, homines non vos frustra amare Numen! si etiam scelestissimis sui palatium amoris apertum est. Amate deinde! quamvis lacero corde, dives [Chris]ti invos amor est, iam etiam vos ipse non nisi miraculo amabit, cum enim non nisi duab[us] sibi relictis partib[us] cor super sit, hoc est cum totum non habeat tamen toto diliget.

Miseratio est cum offens[us] condonas: v[erbi] g[ratia] in [Chris]tum Dominum: scio cur indulgentissime DEUS Caput ipsa in morte inclinasti! Cum iam ne â continuo cornificum tuorum amplexu man[us] tua[e] cessarent illas supra crucem extensas validissime affixisses.

Nunc ipsam etiam mortem, quod illis condones te interim menti caput illam ad Te veniente[m] osculatur[us] demisisti, grave tibi est etiam [prae]stolari – tarde accedentem inclinato vertice [prae]veniens, non vis illam etiam ad oscula tua sublimi[us] incrucem assu recturam laborare.

Agamemnon ad Pyrrhum: Compescere equidem verba et audacem animum. Poteram domare sed me[us] captis quoque. – scit parcere ensis. Cicero. Cupio me esse clementem.

Quidam miles a[e]que fortitudine atq[ue] Christiana patientia invict[us], graviter ab alio, quod hostis illum su[us] latere putabat, graviter inquam offens[us], quærebat armis suis gladio et clypeo inscriptum: Agnosco sed ignosco.

Confessio Cum Te ipsum fateris, hoc v[el] illud meruisse, {A. 21} et [pro]prium delictum contra Te publicando testaris v[erbi] g[ratia]

Turnus ad AEneam
– Equidem merui nec deprecor inquit
Utere sorte tuâ vicisti.

Ingens Peccator iussit post obitum se isum ante effigiem cruci affixi Numinis depingi flectentem: Iniquitatem meam ego cognosci.

Deprecatio Cum Tu v[el] ali[us] a Te male admissa depreca[tur].

{Cicero: Filij!} Miseremini fortissimi Patres! miseremini
Apud virgilium Mesentius
Unum hoc p[er] si qua est victis venia hostib[us] oro
Corp[us] humo patiare tegi.

In Epitaphio celeberrimi Poeta[e] Ronsardi qui multos calamo punctos afflixerat.

Hospes defuncto parce. Poeta fui

En habes figuras Pateticas et vere dixero admirabiles. his instruct[us] proba an dicas ad admirationem. Certe quem admodum in scena, sub varia alicui[us] Larva, variat hominem, et nunc militem, nunc pauperem v[el] Regem, cum larva induit v[el] exuit, seu ut ait ille.

Quid libet indut[us] celeberrima p[er] loca vadet.
Personamq[ue] geret non est inconcinn[us] utramq[ua]

Sic Tu his formis dicendi omnem hominem bene suscipias, nunc te clementem, nunc ivatum, nunc la[e]tum v[el] tristem semper qualem velis exhibeas. {A. 21a}

Nevero tardare videar v[el] tanquam non necessarijs onerare figuris exumplum[4] vivum porrigo de mortuo Alexandro magno, imo cogita per Te esse sepulchrum Alexandri magni, atq[ue] donatos hac Inscriptione illi[us] cineres.

Brevi Hac In Urna Condiun[tur] Cineres Magni Alexandri

Utique hæc inscriptio historia est et nulla insignis figura. Tu illam per super scriptas variatam accipe. Ad marginem leges illarum nomina vim earundem voces grandiore charactere formata[e] indicabunt.

Cognitio	Nunc scio, quam magn[us] fuerit Alexander ex urnâ metior.
Ignoratio	Magnus fuerit Alexander nec nescio: sane pusilla est Urna.
Ostensio	En aspice viator quantul[us] sit ille magn[us] sepulchro suo minor est.
Eadem cu[m]	
Hipotiposi	Intuere quid intus aga[tur], adhuc Alexander post mortem dimicat cum vermib[us].
Item	En iam quem Dari[us] quem tot alij innumeris exercitib[us] Reges terrarum [pro]strare non poterant vermiu[m] agmen evertit. En ut tot[us] sub

[4] exemplum?

	illis iacet! En ut aliqui oculum insidendo occupant, ne quidem aspiciant orbem, quem vicit. En ut alij man[us] morsu terendo inutiles reddant sustinendis palmis, quas tot ei triumphi meruerunt.
Numeratio	Numero qua[e] hoc in tumulo sunt: Alexander q[ui]d {A. 22} ampli[us]? Vermes Alexandri numerari non possunt.
Numerifictio	Non sol[us] macedo hoc reperi[tur] sepulchro duo intus sunt Alexander et nihilum Alexandri.
Item	Adhuc Alexander militarem post omnia bella exercet licentiam hoc uno in loco, quam multi cum illo hybernant vermes.
AEstimatio	Ipsam a[e]stimare mortem incipio qua[e] iam [prae]stitit, ne ad arma surgas Macedo.
Narratio	Magna narro viator, exigu[us] hic cinis magn[us] est Alexander.
Institutio	Discite superbi! Brevis vos ha[e]c urna docet, quam parva sint nomina maxima.
Affirmatio	Credite Principes nihil sunt magna qua[e]q[ue] cum magnus ille nihil est.
Negatio	Nego magnum esse, vix enim unicam ada[e]quat urnam.
Inscriptio	Scribo in hoc cinere huc desinunt mortalia de magno Alexandro nec magn[us] cinis est.
Reticentia	Alexander hic iacet, satis dixi quod iaceat.
Pra[e]teritio	Non dico mendacem fuisse Alexandri magnitudine[m], ob infallibilem veritatem urnam vide.
Iuramentu[m]	Iuro per ipsos Alexandri cineres nihil est magnum et quod magnum, nulla ei[us] umbra.
Testatio	O magnum Te testor non Magni sed minimi Alexandri Mauzoleum si non Tu, saltem lapides declament magnitudinem ei[us].
Animadversio	Alexandri magnitudinem mentita est fama testem do cinerem, cui magn[us] vix suffecit loc[us], locul[us] sufficit. {A. 22a}
Parentesis	Hic est (si tamen est) magnus Alexander.
Correctio	Hic est Alexander fallor hic non est Alexander imo nunc est, quod vere fuerat.
Repetitio	Huc devenit ille magn[us], huc[5] inquam devenit.
Admiratio	Grande miraculum tam parv[us] cinis, totu[m] orbem evertebat.
Exclamatio	O vanitas! Titul[us] ille magnus nunc cinis et nihil fact[us].
Extenuatio	Tenuitatis vestra[e] memores estote Magni Principes, hic pulvis memoriam iuvet.
Memoratio	Memini magnum fuisse Alexandrum, nunc ipsâ memoriâ antiquitatis minor cum nihil.
Pra[e]sagiu[m]	Vaticinor ex hoc cinere cras nihil eritis magni Reges.
Dubitatio	Dubito parv[us] ne fuerit an magn[us] Alexander, parvu[m] gesta negant, magnum cinis.
Inquisitio	Magnum tantum lego Alexandru[m] pusillum invenio cinerem, Alexandrum qua[e]ro in Alexandro.
Interroga[ti]o	Quo parva devenient? Si magna tollun[tur] in nihilum.
Item et Responsio	Ecquis in urna parv[us], quis parv[us]? Magn[us] quis magn[us]? Nihil, si magn[us] cur nihil? hæc mortis Dialectica est.
Inter[prae]tatio	Magn[us] Alexander hic iacet, hoc est omnes quicunq[ue] magni Reges iacebitis

[5] Hunc – n закреслена

Occupatio	Magnum fuisse Macedonem putas falleris! Pyxidulam hanc nihil intrat magnum.
Fictio	Finge orbem universum circumspectare istos cineres dicet se de nihilo trepidasse.
Imaginatio	Quale ostentum frigid[us] ebullit magni, cinis rediviv[us] heroum phænix sepulchralem excutit rogum {A. 23} aciemq[ue] in[ ]urna restituit imbellatos Persas rebellatur[us] ah vana ludor imagine vermes cinerem movent!
Ex[prae]ssio	Iam[6] leve pond[us] Macedo, ut tumba velut vehiculo charontem fraudare posse videa[tur].
Prosopopa[e]ia	Audi viator q[uo]d mortu[us] loqua[tur] ex ossuaris? ille ego sum Alexandrum quem efficit fama, minorem facta nullu[m] fata.
Apostroph[e]	Dicite Alexandri cineres ubinam Alexander?
Conclusiu[m]	Hic cinis est Alexandri, ergo veliqua fum[us]
Epiphonema	Ite iam magni heroes ac magnitudini allaborate? heri maxim[us] heroum hodie nec sepulchrum implet.
Compe[n]diu[m]	Hac in urna claudun[tur], gloria, terror, victoria fortuna fama, breviter Alexander hic clauditur.
Perplexita[s?]	Ambigo flerene an ridere debeam Alexandri calamitas fletur, vanitas visum provocat.
Ap[pro]batio	Bene est mortis Consilium placet, ferarum maximam parva in cavea conclusit.
Imperiu[m]	Iubeo Te ist hic quiescere dire Macedo sola urna ingentes spiritus domat.
Admonitio	Quam cito magna fluant te monet ha[e]c clepsidra, ubi urna pixis est Alexander pulvis
Obsequiu[m]	Cedite falis mortales, Fata si vinci possent hic no[n] iaceret.
Blandita	Nunc amo te magne Macedo, se positâ magnitudine blandior, colun[tur] magna, non amantur.
Salulatio	Salvete Magni Alexandri parvi cineres.
Ap[prae]catio	Bene [prae]care Alexandro viator nisi quiescat ille nemo quiescet. {A. 23a}
Abominatio	Appage adumbras infelix umbra, tartarum everte post Terras.
Obiurgatio	Grassator Imperij, Patria[e] Proditor, pestis hominu[m] numinum pudor, natura[e] noxa, nunc cognatorum vermium emporium nemini noces Tibi n[on] nisi uni.
Irrisio	Diogenem In dolio visit Alexander ridend[us] in urceo
Exacratio	Sit tibi terra gravis, qui tam gravis terra[e] fuisti.
Optatio	Utinam quam Magn[us] es nunc, semper fuisses.
Invocatio	Adeste cives gemina iam miracula ostentat Babylon, urbem in turri, Alexandrum in urna.
Votum	Quieti publica[e] ingentem hanc victimam voveo publicis spolijs saginatam.
Obsecratio	Obsecro te viator exiguum mihi pulverem insperge, terrarum orbe devicto terrâ indigeo Alexander.
Com[m]endatio	Cim[m]endo tibi pusillum hunc cinerem auguste capis ex orbe triumphato hoc est demum meum.
Concessio	Do quod poscis avara tell[us], spoliatoris tui spoliu[m] cape, posside hunc, qui te possidebat.
Gratiar[um] actio	Pares Tibi gratias rependo natura parens, pulverem locasti, restituo pulverem nomenq[ue] ingens pro auctione.

[6] tam?

Recusatio	Tolle sepulchralium invidiam firnicum nolo contigua fulminib[us] mauzolea, respuo illiterate mempheos, literata fastigia, non iam ille sum magn[us].
Exultatio	Hic putrescit Alexander, gaudete Gra[e]ci, syrij, Persæ, Tineola[e] vos ulciscun[tur].
Iactantia	Ille ego terrarum domitor, terror orientis, occas[us] orbis tot palmas {A. 24} adeptus, vix palmam Urna[e] impleo.
Gratulatio	Gratulor tibi magne macedo, terrarum tandem, quæ te caperet, occupasti: orbem possides, quem tibi nemo invidet.
Plausus	Plaudite populi, magna pacta et facta est fabula. Alexander personam exuit, et semideo miser factus cinsis.
Eiulatio	Heu verum vices! Pridie magn[us], postridie null[us].
Beneficiu[m]	Beneficium ne Alexander alterum quoq[ue] dequo audierat oppugnatur[us] iret mundum, ivit incinerem.
Im[proper]ium	Ingata mors siccine occidis? cui tantum debes pænus amittis; dum sortem rapis, quod hic perimeret, nisi periret.
Pa[e]nitentia	Pa[e]nitet me tam magni nominis, quod parvo cineri nequeat inscribi, cirtra mendacium.
Spes	Sperate populi, nullum malum Magnum perennat, Alexander in cinere iacet.
Desp[er]atio	Actum de vobis Magni Principes, etiam Alexander evanuit.
Timor	Timete superi Magnum quoq[ue] Iovis filiu[m] mors [pro]trivit
Audacia	Ah nimium mei pudet me tam iam arete iacentis Terarum victori urna debeba[tur] ocean[us].
Excandesce[n]tia	Ardet amin[us] irâ vesanâ, Mors Alexandrum perimis, nobis parcis, hoc e[st] fata dividere.
Audacia	Pone metum viator, Alexandro impune impuneilludas, Licet huic nullo iam periculo Callisthenes {A. 24a} mortalitatem obtruderet.
Mina[e]	Væ vobis magni Principes, parv[us] hiccinis magnis minatur.
Nemesis	Habes quod Mereris, qui Iovis te Filium fingere in cessisti, olimpiam absolvit, hic cinis Philippo te asserit n[on] Iovi.
Miseratio	Tui me miseret magne Macedo, post Regiam Pori, post Persicum solium tam inco[m]mode iacentis.
Confessio	Fateor, falsamq[ue] ne mihi magnitudinem auribus arrogasse, imposui non oculis.
De[prae]catio	Parcite Persarum manes, sat pænerum pendit hic prædo, terrâ eget, quam rapuit.
Venera[ti]o	Sumito fasces parvo huic sarcophago, qui cunque regnas, reddas, Magn[us] hic est Alexander. Et ha[e]c sunt denovis infunere Alexandri habitis: Credo utiq[ue] ipse, si [prae]dcivisset, mori voluisset Alexander, ut ita de illo aliquis post mortem loqueretur.

Figuras has esse admirabiles si dubitas, inspice tumulum, ipse miratur Macedo tales esse potuisse. Tu quoq[ue] orator ne Te frustra in fun[us] venisse scias, vides Magnum Te Rhetorem in Alexandri cinere thesaurum eloquentia[e] novum reperisse. {A. 25}

FRUCTUS [SECUN]D[US] De symbolis

A

Accipiter

{1} Accipiter expansis alis. Lemma Recta sursum. Scipio Bargali[us] Dux Navarra[e] infunere Filij sui. Eidem symbolo Ioannes [pri]m[us] Rex Castella[e] addidit Lemma: maiora cedunt.

{2} Accipiter annulum rostro tenet Le[m]ma: mecum in altum Hieronim[us] Rostell[us] Hyspan[us] post collatam sibi Cancellarij dignitatem, alludens ad suum gentilitium accipitrem.

{3} Accipiter Tintinnabulum pedi alligatum avellit Lem: Fama nocet Ferdinand[us] Catalaunia[e] Prorex.

{4} Accipiter in aureâ manu Lem: non vili pra[e]dæ Maximilian[us] [secun]do Imperator exprimi iussit in nummo, quem torque pendulum donavit Gulielmo Brandenio cum victoria Reduci alludens ad ei[us]dem stemma. {A. 25a}

{5} Accipiter vivas aves ad nidum pullis defert Lem: disce puer virtutem ex me. Iacob[us] Spinosa Dux Mediolani Filijs suis.

{6} Accipiter Unguib[us] orbat[us], Lem: O mihi pra[e]teritos annos. Gulielm[us] Marchio Persa[e].

{7} Accipiter inter columbos Lem[m]a: rara fides pietasq[ue] Carol[us] Dux Mediolani.

{8} Accipiter laureâ coronâ ornat[us] in Arbore olea[e] Lem: Post belli triumphos Carol[us] V Imperator.

{9} Accipiter Corvum invadit Lemma non solis aquilis. Alberic[us] Gvisi[us], Exercituum Hispanorum Generalis post victoriam ex gallis relatam alludens ad suum gentilitium Accipitrem.

{10} Accipiter cum [prae]dâ admanum redit Lemma: non mutat fortuna locum. Eidem symbolo Marc[us] sera Dux venet[us] adscripsit Lemma Feræ mitescunt scilicet beneficijs.

{11} Accipiter in aquis madefactus cum volare non possit abscondit se in fruticeta Lem: pudetq[ue] nocetq[ua]. Bonifacio scevila Princeps Manresan[us].

{12} Accipiter cum tintinnabulis aureis Lem: sic servire decorum. Ludovic[us] Comes Salerni indicans nihil debere e[ss]e durum quo gloria acquititur.

{13} Accipiter struthionem se necantem Cacerat Lemma: non inultus. Everard[us] Princeps Palliani {A. 26}

{14} Accipiter mortu[us], quem alia[e] aves depascun[tur] Lem: Hæc sunt ludibria mortis. Ioannes scandebergus Princeps Cretæ.

{15} Accipiter tectis sacculo oculis Lem: sic a[s]suescet servire. Mercuri[us] Scevola Princeps Iuliacensis. Vide de eodem sub nomine Aquila numero 12do[7] et 23tio, Avis numero 5to et 6to, Cygnus num: 2do, gr[us] num: 1 Columba 10.

---

[7] 12 – duodecim, отже мало би бути 12mo

Acervus

{1} Acerv[us] vulgo Brog Lam[m]a meta laboru[m]. Zeno Imper:

{2} Acerv[us] Frumenti plen[us] ardet Lem: spes inanes. Margarita austriaca Regina Hispaniæ.

{3} Acerv[us], clypeis, galeis, loricis et alijs armis tect[us] Lem: Norunt sua Munera. Antini[us] Dux Valesi[us].

{4} Acerv[us] citra quem varia animalia et aves Lem: imples omne animal Iohanna Ducissa Mortaræ.

{5} Acerv[us] adquem undiq[ue] manipuli convehuntur. Lem[m]a: accipit ut det ca[e] teris. Otto Imperator dum tributa â suis exigeret.

{6} Acerv[us] quem pax et bellum componunt Lem[m]a. Bellum in pace, pacem in bello. Theodori[us] Imperator.

{7} Acerv[us] varijs Corinis floribusq[ue] ornatus Lem: Coronat beneficiu[m]. O Hobert[us] Marchio Castellæ. Vide de eodem sub hastâ mumero

{8} Leo Num: [prius]. Affine {A. 26a} quoq[ue] est Nomen manipul[us] et corona ex aristis.

Adamas

{1} Adamas in annulo Lem: durat et lucet. Ioannes Huriades Princeps Transylvania[e]

{2} Adamas aureo annulo inseri[tur] Lem: In pretio [prae]tiu[m] est. Anna Austriaca Regina Polonia[e]

{3} Adamas in annulo instar cordis figurato. Lem[m]a: corde servor, qui corda servo. Elizabetha Regina Lasitania[e] innuens fixem orthodoxam Catholicam colendam.

{4} Adamas in annulo ex figura mortis composito Lem: Vitaq[ue] morsq[ue] mihi. Stephan[us] Batoreus.

{5} Annul[us] cum adamamte in mare tempestate agitatum proijcitur. Lemma Iras demergit sponsatq[ue] furores Laurenti[us] Lorendan[us] Dux venetus.

{6} Adamas cum annulo digito inseritur cordiali. Lem: index amoris. Ioanna Vasconcella Ducissa manthua[e]

{7} Adamas splendens Lema: Natura[e] non artisop[us] Ferdinand[us] Rex Aragonia[e]

{8} Adamas uni[us] vermiculi sanguine frangi[tur] Lem: Fortissim[us] a minimo. Theodora Augusta Imperatrix

{9} Adamas invertice Mortis. Lem[m]a Innocentia: Fridericus Gonzaga Dux Mantua[e].

{10} Adamas inter alias gemmas et uniones Lemma. {A. 27} sicut inter ignes Luna minores. Luci[us] Pharnesi[us] Dux montis Ferrat.

{11} Adamas calici Ecclesiastico inseri[tur] Lem[m]a. Nonpl[us] ultra. Ioannes Barboni[us] Cardinalis.

{12} Adamas e terrâ effodi[tur] Lem: [prae]tiosum ex vili Phocas Imperator exgregario Milite ad imperiu[m] evectus.

{13} Adamas pectori cum clenodio appendi[tur] Lem[m]a ante oculos[prae]tium est. Margarita Austriaca Regina Hispania v[erbi] g[ratia] hoc potest dici de IEsU in novo anno.

{14} Adamas inter ignem et malleum Lem[m]a nec ferro nec igne. Ioannes Dux Ferraria[e] suam Regi Gallia[e] cui adhæserat contestans fidelit[a]tem.

Adamas in arcam multis suam servi firmata[m] imponi[tur] Lem[m]a Magnorum magna servit[us] Ludovic[us] XII Galliæ Rex. Vide de eodem sub Nomine scipio numero [secun]do. Arca numero: 17mo, Corona Regia [secun]do Fiala numero [quar]to, monile [pri]mo, Iugum [quar]to posunt quoq[ue] aptari quæ sunt sub nomine annul[us], Clenodium Lapis Unio.

Agnus

{1} Agn[us] in Corona Regia. Lem[m]a Mansveta coronis Leo Imperator.

{2} Agnus tenerior inter flores horti, Le[m]ma: ad magna ali[tur]. Andrian[us] Dux Florentia[e] nato Filio alludens ad suum stemma agnum. {A. 27a}

{3} Agnum inter Leones et ursos cubat Lem[m]a concordat lenta potestas. Ferdinand[us] I Imperator reconciliatis inter se suorum Principum discordib[us] animis.

{4} Agnus Phryxe[us] cum aureo vellere ad quem Dracones excubant. Lem[m]a augent mea [prae]tia curas. Alogosi[us] Comes Marchio Monteri. Eidem symbolo Carol[us] Hispania[e] Rex addidit Lem[m]a, nec vi nec fraudi. Eidem symbolo Iason Gongaza Princeps Mantua[e] addidit Lem[m]a: quia cunctis pretiosior.

{5} Agnus excrescentib[us] in modum circuli cornib[us]. Lem[m]a: cum orbe in orbe. Sixt[us] 3 Papa in sua inaguratione.

{6} Agnus invertice montis pede excutit fontem Lemma: in refrigerium.

{7} Agnus e cui[us] collo sanguis incalicem defluit Lemma: ut bibant et dent ca[e]teris. Francisc[us] Riciol[us] Cardinalis.

{8} Agnus cum vellere versicolore Lem[m]a orna[tur] ut ornet Leo X Papa.

{9} Agnus fulmen tenens Lem[m]a ab Iove pro Iove. Carolus V Imperator.

{10} Agn[us] supra Librum cubat. Lem[m]a Laboriose quiesco. Andrian[us] vasconcell[us] Dux Mediolani, et exprincipe factus spiritualis.

{11} Agn[us] supra cui[us] cornua dua[e] faces accensa[e] Lem[m]a Lucerna cui[us] est agnus. Archiepiscopus Moguntin[us] {A. 28} salutatur[us] Rudolphum Imperatorem.

{12} Agnus cum cornib[us] multis sigillis signatis Lem[m]a Fortunæ inunera. Alfons[us] Dotia Dux Hispania[e].

{13} Agnus loco cornu cornu copias gerens Lem[m]a: etiam fortunatis fortunatissim[us] Ioan[n]es Dux Melitha[e]

{14} Agnus cum cornib[us] in formam gladiorum excrescentib[us] Lem[m]a bello et victoria. Carol[us] Dux Gandova[e]. Vide de eodem sub nomine Ara numero 13tio, Arma Stella 7mo. Affine quoq[ue] vell[us] aureu[m], aries, ovis.

Ala

{1} Ala calamos seu plumas oculi plenas habens Lem: etiam hic vigilat Mars. Alexander Princeps Azia[e]

{2} Ala in calamis seu plumis Nomina Heroum descripta ferens Lem: nomina magna fero, Leopard[us] Archidux Austria[e].

{3} Ala ex quâ calami decidunt lem[m]a tollen[tur] et reliqui Ioanna Ducissa Montua[e] alludens ad suam in Deum et pauperes liberalitatem.

{4} Ala quali milites has tali uti solent supra aram lem[m]a ad obsequium fidei. Ernest[us] Marchio Montis ferrati, contra ha[e]reticos itur[us] fa[e]deratos.

{5} Ala [prae]grandis lem[m]a feror ut feram. Koniecpolski Dux exercitumm indicans Militiam Polonam, q[uo]d[am]q[ue] gravem incolis e[ss]e, sed tamen illorum integrit[a]ti necessaria[m] {A. 28a}

{6} Ala cygni Lem[m]a spolium non vile doloris. Eleonora Imperatrix mortuo filio.

{7} Ala calamos adscribendum aptos ex porrigens Lem[ma]: non qua[e]cunq[ue] man[us]. Ferdinand[us] Marchio Estensis.

{8} Ala quâ hastali milites uti solent, manus ex nube aerem [pro]pellit. Lem[ma]: quia militat a[e]ther. Antonia Caretta Ducissa Melphi, dum marit[us] Dux ad expeditionem bellicam [pro]ficisceretur.

{9} Ala[e] testudini addita[e] Lem[m]a. amor addit alas. Felix Princeps salerni.

{10} Alæ magna[e] parva[e] applican[tur] avicula[e]. Lem: parvis magna nocent. Eustachi[us] Melit[a]to de plebe ad supremum dignitatis gradum evect[us], postea ad a[e]mulis vita et dignitate privatus.

Vide de eodem subnomine Accipiter Numero 1, aquila 11mo, annul[us] 1mo, Cygn[us] 5to. Clava 3tio Corona Regia 21mo Equ[us] 6to, Glob[us] 1mo Sol 24to struthio 2do et 4to numero. Possunt quoq[ue] aptari qua[e] sunt sub nomine calamus.

Alvear

{1} Alvear apib[us] plenum Lem[m]a: privati nihil habet ista domus. Ludovic[us] 9n[us] Galliæ Rex posuit in loco consilijs capiendis destinato.

{2} Alvear cum melle ab urso frangitur pungentib[us] se apib[us] Lemma. Dulci amara. Iulia Ducis Ursini coniunx. {A. 29}

{3} Alvear ad quod apes melle onustra[e] redeunt Lem[m]a: non nobis tanquam nobis. Evard[us] Clivia[e].

{4} Alveari apes includuntur Lemma. Sevit[us] Libera.

{5} Alveare ex quo apes in diversa eunt et redeunt Lem: mens tamen omnib[us] una Ioannes Zamoyski denotansLibera Polonorum Consilia.

{6} Alvear per cui[us] rimas formica[e] intrantes mel depascuntur Lem[m]: non nostra culpa Samuel Dux in Korzec dum scytha[e] vastarent Poloniam qua[e] quia Militib[us] stipendia non persolverat ei[us] obsequio uti commodo non potuit. Eidem symbolo q[uo]dam Episcop[us] Varmiensis addidit Lem[m]a cum melle vita[m]. Indicans ha[e]reticos, ubi nobis mel Christiana[e] Fidei depasti fuerint, vitam quoq[ue] celeste[m] erepturos.

{7} Alvear sub quo mel apib[us] incib[us] supponi[tur] Lem: vestra vobis Sigismund[us] Augut[us] Rex Polonia[e] dum Libertates Polonis ampliaret.

{8} Alvearia multa in horto florib[us] consito Lem: pascun[tur] ut pascant. Alexander Scipio Dux foro Iulia[e] innuens se suosq[ue] ideo honorib[us] et opib[us] augeri ut publico bono prosint.

Vide de eodem sub nomine apis Numero 2do et 3tio.

Anchora

{1} Anchora Lemma: fata viam inveniunt Henric[us] Anglia[e] Rex. Eidem symbolo Sigismund[us] III Rex Polonia[e] addidit Lem[m]a adgrandes procellas. {A. 29a} {De B: Virgi} Eidem symbolo Ioannes comes Dux Venetus addidit Lemma: tantum â tantillo alludens ad stemma Marci Rictioli strenui Veneta[e] Militia[e] Ducis. Eidem symbolo Ioannes Portugalia[e] Rex addidit lemma demittor ne demittatur.

{2} Anchora â fronte et â tergo navis Lemma consule utriq[ue] hoc est, principio et fini. Landulphus comes Aria[e].

{3} Anchora navi periclitanti e Cælo demitti[tur] Lem: cæli beneficio. Carol[us] I Francorum Rex.

{4} Anchora fracta reducitur in aratrum Lem[m]a Post usq[ue] ad usum. Adrian[us] Spinosa Princeps Mediolani, factus Cardinalis.

{5} Anchora ex aureis torquib[us], monilib[us], annulis fabricata Lem: Digna civium [prae]tio, qua[e] [prae]tia Regnorum servat. Ferdinand[us] III Imperator innuem regna Catholica[e] fidei studio vigere.

{6} Anchora ex qua varia dignitatem insignia pendent L: ad bona[e] spei promontorium. Oves Horentini in salutatione sui Episcopi.

{7} Anchora variorum Heroum in se ex pressos habens facies L: hac mihi Merces. Ferdinand[us] Gonzaga Marchio Castilionensis.

{8} Anchora inter stellas in cælis colloca[tur] L: laboris et honoris meta. Ludovica Ducissa post obitu[m] Mariti. {A. 30}

{9} Anchora instar crucis cui inscriptum Religis, ex navi demittitur. Lem[m]a. Ne fluctu et Reipublica[e] navis. Ferdinand[us] III Imperator.

Vide de eodem sub N[omi]ne corona Regia Numero 7mo corona[e] varia[e] autem 3. Crux 9no, Delphin 1 calam[us] 4to navis7.

Animalia

{1} Animalia ad Orphei cytharam veniunt Lem[m]a Librorum Imperium. Philipp[us] III Hispania[e] Rex.

{2} Animalia varia in sylvis L: summum bonum. Vide de eodem sub N[omi]ne Leo Numero 3tio 2do et 25to. Acerv[us] 4to.

Annulus

{1} Annul[us] cum trib[us] albâ, viridi, rubra, L[emma]: sic in perpetuum. Laurenti[us] Medices Dux Urbini.

{2} Annuli tres iuncti L[emma]: superabo. Ioan[n]es Ursin[us] Dux Hetruria[e].

{3} Annul[us] aure[us] in multas partes fractus. L[emma]: mea damna ditant. Carol[us] V Imperator.

{4} Annul[us] ferre[us] L: aurea hic feret sa[e]cula.

{5} Annul[us] cum Unione sigillatorio. L[emma] ad mollia. Anna Melapercia Ducissa Mediolani.

Eidem symbolo Ioannes Dux Coriolani addidit Lem[m]a. respondet imago innuens se memorem et gratum beneficiorum.

{6} Annul[us] ex solo circulo sine gemma L[emma]: si semper inorbem. Francisc[us] Lusitania[e] Rex.

{7} Annul[us] in quo loc[us] vacu[us] progemma relict[us] L[emma]: nonnisi {A. 30a} gemmam. Isabella Ducissa Clyvia[e] cum ab hæretico in Matrimonium ambiretur.

{8} Annul[us] in collo aquila[e] L[emma]: Ha[e]c desponsatam hi. Ottobert[us] Imperij Pr[ince]ps contestans suam erga Imperatorem fidelitatem.

{9} Annul[us] Martis cu[m] fragmine Petra[e] L: erit in memoria. Aloisis sportia Ducissa Mediolani.

{10} Annul[us] ad instar clavis, quali solebant uti AEgyptij. L: cordi non arci. Anna Regina Poloniæ.

{11} Annul[us] cum adamante Imagine solis et Luna[e] insignito. L: simul et semper. Margarta regina Navarra[e] in suis cum Henrico rege nuptijs per annulum perennitatem in amore, per adamantem splendorem fortuna[e] et virtutum, per solem Regem, per Lunam se significans.

Vide de eodem sub nomine accipiter, numero 2do, adamas frequenter, apis 1o anchora 5to. Poscis [pri]mo, possunt quoq[ue] aptari, qua[e] sunt sub N[omi]ne Unio, monile, clenodium, Lapis.

Ansa Ferrea

{1} Ansa[e] ferrea[e] Lem[m]a: invanum laborant, qui sine his ædificant. Eidem symbolo Ioanna Ducissa Calabria[e] addidit Lem[m]a ex his sublimia surgunt.

{2} Ansæ ea[e]dem lignum firmantes L: sic q[e]qui gerit. {A. 31}

{3} Ansæ ea[e]dem informam crucis Composita[e] L: omnia traham adme. Carol[us] Ep[isco]pus Monastiriensis.

{4} Ansarum ferrearum cumul[us] L: importuna quies. Hor[us] Comes senarij.

Vide de eodem, sub N[omi]ne aquila, item circul[us] N[ume]ro 6to, gladi[us] n[ume]ro 16to.

Anser

{1} Anser rostro gramen cerpens L: efficiam non deficiam. Everard[us] Marchio Sportia[e]

{2} Anser deplumatur L: Regio capiti Ludovicus Pr[ince]ps Salerni.

{3} Anseriorum calamorum cumul[us] L: votis subscribent astra secundis. Idem

{4} Anser ab aquila raptus quam alij clamore prosequun[tur] L: ha[e]c sola ultio Margarita Austriaca Regina Hispania[e].

{5} Auseres Capitolini clamore hostes produnt L: hic salus et horror. Benedict[us] Sersansa Dux Venetus.

{6} Anseres lora aquilis infesta [prae]ter volantes lapidem rostro tenent. Lem[m]a: ingenium Natura dedit Ernest[us] Dux Asia[e].

{7} Anser ad fores armentarij L: Promarte Ioannes Lusitaniæ Rex. Vide de eodem sub N[omi]ne Stella N[ume]ro 9to. {A. 31a}

Aper

{1} Aper L: nec fortes impune. Arnold[us] Pr[ince]ps svecisionessis.

{2} Aper ex consvetudine gra[e]corum Marti ante bellum sacrifica[tur] L: arcano Consilio. Adrian[us] screta Prorex Catalannia[e]

{3} Aper annulum rostro tenet L: indignum fortuna faciet.

{4} Aper telo confoss[us] magis furit L: Ferent mea funera fum[us].

{5} Aper intela et arma ruit L: dabit fortuna viam.

{6} Aprum canes indiq[ue] invadunt L: Huc propius ira Antigona Dux Venetus.

Apis

{1} Apis morsu aculeum et vitam perdit L: iram animosq[ue] ponit. Bernard[us] Pr[ince]ps Salerni.

{2} Apes suum Ducem in alveari caveola inclusu[m] circumsident L: liberis maiestate tantum. Carol: M: imp[er]ator. Eidem symbolo Respub: veneta in auguratione Toma[e] Mocenigi Ducis tale addidit L: ut observem[us] servent legem.

{3} Apes ceram et mel ad alvearia comportant Lem[m]a: aris et mensis, Eusebia Caretta Ducissa Adria[e]. Eidem symbolo victor Gonzaga Marchio Castilionis addidit Lem[m]a Regi et rei.

[{4}] Apes pulvere aspersæ subsident L: Humus ad humilia trahit. {A. 32}

{5} Apes supra candelam inaltari ardentem. L: Felix labor. Ludovic[us] Branderi[us] Episcop[us] Bremensis.

{6} Apis aculeum ostentans L: sunt apib[us] sua tela parvis. Francisc[us] Navarra[e] Rex.

{7} Apes in ferreâ Lorica mellificantes. Lem: sudores hæc colligit nostros. Scipio Eugeri[us] exercituu[m] Hyspania[e] Dux. Eidem symbolo Henric[us] III Imperator adscripsit Lem[m]a mella et bella.

{8} Apes incrystallino alveari mellificantes L: docent et electant Iulia Ducassa Mantua[e], cu[m] abdicat. Ducatu ad claustrum se conferret Deo.

{9} Apes supra rosam cum scarabeo L: mors est malis vita bonis. Innocenti[us] Papa VII.

{10} Apes in annulo Alexandri magni incisa dequo testa[tur] Alexander ab Alexandro. L: mellafortib[us], hoc est stipendia dentur semper militib[us].

{11} Apes Iunoni sacrifican[tur]. L: mellita Dijs Cornelia Comissa senarij.

{12} Apum Dux seu Mater, sine aculeo inter apes L: Hoc Reges intelligite. Ianussi[us] Dux in Zbaraz.

[{13}] Apes fumo ex alveari pellun[tur] L: Probono malum.

Paradin[us] vide de eodem sub N[omi]ne alvear frequenter. Arbor N[ume]ro 2do aratrum 2do. Bos 1mo, Elephas 2do, flos 8vo et 9no, leo 4to, sceptrum 4to.

Aquila {A. 32a}

{1} Aquila siti a[e]stuans, frigidum lapidem ore tenet L: in virtute tua.

{2} Aquila globum terra[e] scissum componit L: divisum iungam. Ludovic[us] Imperator in sua inauguratione.

{3} Aquila solem intue[tur] L: Deo et Cæsari. Leopold[us] Archidux Austria[e]. Eidem symbolo idem Pr[ince]ps aliud addidit L: sola capax lucis ad est Beatissima Virgo Maria.

{4} Aquila pullos ad solis radios explorans L: mei n[on] degenera[n]t.

{5} Aquila Lunæ cornua utroq[ue] pede tenet. L: comminua[m] vel diminuam. Maximilian[us] Imperator [secun]d[us].

{6} Aquila uno pede fulmen, altero palmam tenet. L: Pra[e]sidua maiestatis. Carol[us] [quin]t[us] Imperator.

{7} Aquila sursum evolans, in terra Reginam coronam deserit L: nihil humana moror. Idem abdicato Imp[er]io.

{8} Aquila supra hastam L: nunquam meli[us]. Rudolph. Imp. 1.

{9} Aquila Coronam Regiam inter nubes pendulam eniti[tur] L: dissipabo.Frideric[us] Gallia[e] Rex.

{10} Aquila ad solem contendens L: saluti publica[e]. Gulielm[us]Caroli 4ti Cancellari[us].

{11} Aquila expansis alis L: sub umbra mea Theodor[us] Imperat[or]

{12} Aquila accipitrem necat L: tarda vindictaRudolph[us] [secun]d[us] Imperator.

{13} Aquilam fulmina impetunt L: sum Iovi Sacra [Chris]t[i?]anus Dania[e] Rex.

{14} Aquila adnidum lapidem comportat L: sic mutabi[tur] part[us]. Adrian[us] Cosm[us] Princeps Ferarij.

{15} Aquila in aurea manu L: commodo et dælicijs Bertrand[us] Marchio Badensis. {A. 33}

{16} Aquila pull[us] enido evolat L: non degener. Em[m]anuel Dux Sabaudiæ.

{17} Aquilam sedentem aviculæ impetunt L: dum sedet. Frideric[us] Saxoniæ Dux.

{18} Aquila testudinem elevat ad Lapidem allidendam L: ut casu graviore ruat. Paradin[us] de fortuna.

{19} Aquila[e] calam[us], seu pluma alias plumas devorat L: fortes misceantur fortib[us]. Ferdinand[us] Marchio Castilionis.

{20} Aquila fulmen Iovi ministrat L: Honori et timori.

{21} Aquila inter stellas Cælestes L: digna factis.

{22} Aquila uno pede gladium, altero librum tenet L: Ex utroq[ue] Cæsar. Iuli[us] Imperator et Carol[us] V.

{23} Aquilæ plures inter quas accipiter. L: Hic bene conveniunt. Carol[us] Borbonius.

{24} Aquilæ sublime volanti insidet pull[us] ei[us]dem. L: non usitata nec tenui ferro. Procopius Melita Princeps Burdegales.

{25} Aquila Cervo insidens, eiusdem oculos pulvere inficit ut facili[us] conficiat L: Memoria mortis. Vencisla[us] Rex Bohemiæ.

{26} Aquila supra armorum cumulum nidum ponit L: proli Martiæ. Philippus Ottocar[us] Dux Phoroiuliæ.

{27} Aquila ansam ferream tenet L: bello et paci Otto Imperator. {A. 33a}

